

69
15

69.5.A.15 D3



ANT. MANCINELLI

Sermonum Decas: ad Angelum Colotium Aesinatem.

De Liuore Per Ant. Man.

Seria Meonidæ Liuor detrectat/ & odit:
Ausonium Vatem nec sine labe canit.
Q uid mihi uenturum mediter? quid? dum tamen ista
Q ualiacunq; legant: quid mihi liuor iners?
Liuidus allatrat passim quoscunq; peritos:
Ast in secessu clam tenet: atq; legit.

Modus Scribendæ Orationis.

ADolescens, quo ritu, qua ratione ualeas Orationẽ per te cõponere, ubi opus erit, paucis aperiam. Sunt quidẽ his decem libris Sermones. cxxvi. Nolens igitur meis omnino inhærere uestigiis, mutato prologo ex omnibus eandẽ (de qua tractare uolueris) materiam continẽtibus, eligere tibi clausulas q̃ facillime poteris: eisq̃ una cõpactis orationem conficere. Illud autem erit huic exemplo. Si de natali christiano, quid dicere, uel de baptismo, uel matrimonio, uel religione, uel magistratu, uel in funere de laudibus honoratorum uirorum tibi forte acciderit: perlectis eiusdem materiæ orationibus illa excerpseris quæcunq̃ uidelicet usui tuo fuerint. Redactaq̃ simul in corpus unum nouã tibi orationem conficient: nec tum facile deprehẽderis. Si uero unica erit oratio, uti illa de Agriculturæ laudibus, de amicitia, de historia, uerso ordine, mutatisq̃ uerbis tua fieri poterit. itaq̃ tuo iã marte ut aiunt sine doctioris ope & adminiculo, quam uoles orationẽ apte confeceris. Hactenus equidem mihi tum Romæ, tum Venetiis, tum alibi, sæpe acciderat: uti me adeuntibus atq̃ orantibus adolescentibus orationes aliquas de re illis tunc opportuna ipse componerem: Iam uero aperta iis semita est: qua ipsimet nullo duce pergere ualeant: nec ulla in re materia ipsa defuerit. Vale candide lector: & me dilige.

Ad Angelum Colotium Aesinatem Litterarum Apostolicarum maioris Praesidentiae Breuiatorem.



Ermonum Decadem Angele mi suauissime Cui dedicarem uolenti mihi Tu quidem in primis occurristi: Noram & enim te studiosorum amantissimũ: miraque probitate clarissimum: comitate iuuenem: grauitate senem: libentissimeque ocium tuum in litteris collocantem. lectitas nanque/ & ediscis frequenter. Quod mihi certe nulli admirationi accessit: Nicolai sed enim patris/ & Francisci patrui tui uestigia sectaris. quorum Alter plurimũ fide/ & ueritate/ & candore praestabat: Vnde in contubernio eius (sicuti & in tuo) nihil unq̃ nisi sanctum/ nihil nisi honestum uidebatur. Alteri uero ingenium solers/ & Vtriusque Iuris cognitio maxima inerant. Qua de re & Ferdinando Regi Parthenopaeo Consiliarius astitit. Cum ergo tua fides/ & ueritas/ & candor parenti Studium & solertia patruo tuo respondeant/ iure Mancinellus & merito suae Decadi praeesse te uoluit. Age iam munuscula eius hilari mente/ serena fronte/ manu benigna excipito. Vale. Sed nostri memor.

Ait


Iuersis Ego temporibus uarias rerum materias/palam uel per me/uel p alios recitādas iampridem scripserā: hac uero æstate ociū nactus(oues enim pestilentia territæ pastorem me fugerāt) plura cōposui: præsertim funebria: tristis & enim tristia scripsi/tempori suo conuenictia. Inde collecta omnia in libellos redegi/ adolescentulorum gratia motus: ut quos pñtis docere nō poteram: absentis docerē. ut scilicet haberent/quo ipsi per se cōfugerent: siquādo eiusmodi sermone aliquo/ opus esset: nec cogerētur amplius ita ut hactenus sæpe uidimus doctiores adire. ¶In omni autem sermone/ seu

Tria in Oratore

mauis oratione/Ego sermones appello/fere illa tria potissima oratoris seruaui: Tria nanq; sunt efficienda dicendo: ut doceaturis/ apud quem dicetur: ut delectetur ut moueatur. Itaq; hæc legentes multa uidebunt/ & ad

Funebria

doctrinam/& ad mores optimos facientia. ¶Funebria maxime ultra sextum de religione & incarnatiōe libellum/uiuendi modum ostēdunt: Nam cuiusq; ætatis/ uel conditionis homines/ qualiter uiuere debeant/ scribo: cōmemorans quidem eo℞ erga deum religionē/iustitiam/cōtinentiam/uirtutesq; cæteras/Aegyptio℞ more. ¶Vbi etiam quod Platonicus Socrates admonet maxi-

Funebris Oratio

ma parte seruaui: hoc est ut funebris oratio defunctos satis laudet:superstites benigne moneat:eorum filios ac fratres ad uirtutis ipsorum imitationem hortetur. parētes uero/ & maiores alios/ siqui supersunt/ consoletur. Anteq; omnia generosam illorū stirpem laudet: deinde educationem & disciplinam. quæ etiam omnia/ si non cūcta simul quolibet in sermone funebri executus sum: seruaui tamen in multis. ¶Varias denq; rerum materias coegi: quoniam iucundum nihil est/ nisi quod reficit uarietas: Vnde etiā in Cœnis sumptuosissimis sæpe accidit: ut cum optimis satiati simus/ Varietas tñ nobis

ex uilioribus grata fiat. ¶Praeterea/ q quicunq scribit multos sumit Iudices: aliusq in alterius liuet ingenium. Qualiacunq haec sint/ nollem nisi quibus scripta sunt perlegi. Docti doctorum hominum uigilias quaerant: Esurientibus pratulum hoc/farrago haec uirent/ non satuis Egentibus nõ affluentibus nostra Arcula pateat. Valete etiam atq etiam/quibus haec placuerint. Sed pro nefas/ Cur me forsitan canino dente quis rodet/palam detrahens/ legens in ãgulis! Haec Velitris Nonis Sextilibus Anno Christianae Salutis. M.CCCC.LXXXXV. | Quibus Scribatur

SERMONVM DECAS.

¶Primus Sermonum Libellus/ de Auspicandis Poetis/ Historicis/Oratoribus; Continet sermones .xiiii.
¶Secundus Sermonum libellus/de Accipiendo doctrinae insigni: Continet Sermones Quattuor
¶Tertius Sermonum Libellus/ de Magistratibus: Continet Sermones Vnum & uiginti.
¶Quartus Sermonum Libellus/ De Fide Publica: de Gratiarum actionibus: Cõtinet Sermones Viginti & Tres.
¶Quintus Sermonum Libellus/de quarundam Celebrationc Solemnitatũ: Continet Sermones Vndecim.
¶Sextus Sermonum Libellus/de Religione: de Incarnatione: De Natali Christiano: Continet Sermones Septem.
¶Septimus Sermonum Libellus/ De Sacro Baptismo: Continet sermones Septem.
¶Octauus Sermonum Libellus/de Corpore & Sanguine Christi: de Praesbyteris & Sacerdotibus: De Missae mysteriis: Continet sermones Septem.
¶Nonus Sermonum Libellus De Sponsalibus & Matrimonio: Continet Sermones Nouem.
¶Decimus Sermonum Libellus/ De Laudibus in Funere Honoratorum Virorum: Continet Sermones Tris & Viginti.

¶In Primo Libello Sermones Quattuor & decem.

Agricultura ¶De laudibus Agriculturae/ seu Rusticae uitae. de Agri culturae Scriptoribus. de Inuctoribus & cōmodis Astronomiae: Titulo Primo

Iuuenalis ¶De diuersis Vitiorum/ uirtutūq; effectibus/ in Iuuenalis Satyrici poetae laudē: Is eni; quae mala/ q̄ bona sūt edocens/ scribit; q̄d uitia q̄d itē; uirtutes hōibus pariāt. tit. ii.

Historia ¶Quid Historia. quid Annales. quid Ephimeris idest Diarium: qui Scriptorum uetustiores: quae Lex: quae Ratio: quisue Ordo: quaenā utilitas sit Historiae. tit. tertio.

Horatius ¶Carminum Horatii cōmoda. Eloquentiae uis. Fabularum occultus sensus. Historiae uirtus. Philosophiae emolumenta. Oda quid sit. tit. quarto.

Orōnis origo ¶De Orōnis origine: deq; eloquētiae uiribus. ti. quinto.

Somniū Scip ¶Quid in Somnio Scipionis parte ultima Sexti Libri de Rep. Ciceronis/ contineatur. tit. sexto.

Bella Punica ¶Primi belli Rōanorum in Carthaginēses p Sicilia causae & exitus/ ac tpm spatia: deq; in Hispania bello. Secūdi itē belli punici cadē. Tertii quoq; belli punici cadē q̄d tādē i q̄doq; uolu\~e Syllii italici potissim̄ cōtineatr. ti. vii.

Syllius

Poetae ¶Poetas obesse moribus. tit. octauo.

¶Poetas Eloquentiam/ bonosq; mores efficere. tit. ix.

Poetica ¶Quidnā poetica sit: quod Poetae officium: q̄d Poema: q̄d itē poesis. quae fuerint scribēdae poesi necessaria. qui poetici furoris effectus. q̄nā clarissimo poetae sint oportuna & necessaria. de carmine postea: eiusq; uario genere/ & scriptoribus: De Poeticae facultatis cōmendatione postremo Vergilianae Aeneidos. tit. decimo.

Amicitia ¶Amicitia q̄d. amicitiā morum similitudine maxie contrahi inter bonos tātū amicitiā in cōicatione & societate cōsistere: quātum sit in aīcitia iucūditatis & cōmodi. aīcis q̄is obseq̄ndū. amicitiā oībus rebus huānis anponēdā. tit. xi.

¶De. C. Laelio: & C. Fannio: & Q. Mutio Scaeuola. De inceps amicitiae p̄cepta seriatim in Laelio descripta. ti. xii.

Persii duo ¶De Duobus Persiis. tit. decimo tertio.

Ouidius ¶Cur in Exilium Ouidius ab Augusto missus. tit. xiiii.

¶In Secundo Libello Sermones quattuor.

¶Medicinæ Laudes: & Patauini Gymnasii. tit. primo. — Medicina

¶Iuris Ciuilis præstantia. tit. secundo. — Ius Ciuile

¶De Legum latoribus. tit. tertio. — Legũ Latores

¶Litteratorum Catalogo ascribendi petitio. tit. quarto.

¶In Tertio libello Sermões Vnus & uiginti.

¶De pꝛtoris officio: ubi scribiť. cur leges cõditæ. qd prĩceps cauere debet. Iniustũ iudicẽ a cãmyse excoriatũ. de Iustitiæ laudibus. malos puniẽdos. Iĩ de iureiurãdo. ti. i. — Prætoris Officium

¶De gubernatoꝝ reip. officio: ubi scribiť. q̃ sint ꝑpria munera mgratus. de iustitiæ laudibus. & imagine eiusdẽ Quales esse debeãt iustitiæ Antistites. honestis rebus studentes honoribus prosequendos. Quid sit iusiurandum. postremo. Religionis curã heñdam. tit. secundo. — Rectoris Officium

¶De officio eorũdeꝫ: ubi scribiť. Ciuiuꝫ utilitatẽ tuendã Totũq̃ reip. corpus curandũ ne seditio oriať. Ignobiliũ uirtutẽ nobilitatis inertiæ pferendã. appetitus ratiõi obedire. rectoꝝ mores ꝓdesse. & obesse ciuibus. Accusatores in ciuitate necessarios. prauos puniẽdos. Iustitia qd sit. & eius partes. Religio. Pietas. Gratia: tit. tertio. — Rectoris offi.

¶De Prætoris officio: ubi scribiť. prauos & ĩpios puniendos. prætorẽ & iudicem esse dei ministros litem non esse prorogandam. Iustitiam omnibus æqualiter ministrandam. Iram & Auaritiam uitandas. tit. quarto. — Prætoris offi.

¶De officio eiusdẽ: ubi scribiť. ne qd temere fiat. clæmẽtia nil laudabilius. puniẽdos ad reip. utilitatẽ referẽdos. Ius oĩbus idẽ forẽ. irã in puniendo cauẽdam. ĩcurabilesq̃ exterminandos. singula cum ratione iudicanda. nullius personam accipiendam. tit. quinto. — Prætoris offi

¶De rectorũ reip. officio: ubi scribiť: a mgratu rẽp. oĩ cura gubernãdã. oĩbus eãdẽ utilitatẽ cõeꝫ fore ꝑuos puniẽdos. turpiã uitãda nihil ĩiuste faciẽdũ. glãm ex tribus cõstare. qui maxime laudãdi: & quicõtemnẽdi. tit. sexto. — Rectoris offi

¶De offi. eorũdẽ: ubi scribiť: reip. rectores fore sapiẽter ciuitas qd sit. arma ꝑ reip. salute tenẽda ĩpios exterminãdos. cur prĩcipes cõstituti iustitiæ munus fides qd. ti. vii. — Rectoris offi

Prætoris officium | ¶ De Prætoris officio: ubi scribitur: Acuto hoīe & callido opus esse reip. gubernādæ hominū initia coherceda. Prætori & iudici fortitudinē & prudentiā necessarias: q uere iustus. Lex quid. flagitiosum uirum a tribunali arcē dum. Leges araneorum telis esse similes. Consulenda esse optima. Leges quando sint utiles. tit. octauo.

Prætoris officium | ¶ De officio eiusdem: ubi scribit. Sapientes naturaliter aliorum rectores. nihil utile esse, quod sit iniustū. Equo iure omnes regendos. appetitū rationi obediturū. tit. nono.

Prætoris Concio | ¶ Prætoris concio accæpturi Præturæ insignia: ubi scribit. iustū quid. perturbatões fugiendas. Contumeliā repellendam. pecuniā cōtemnendā: ppulsandā iniuriā. tit. x.

Prætor. cōcio | ¶ Eiusdem concio: ubi scribitur. omniū cōmodis cōsulendū. prauitati nō parcēdum. Leges cur factæ. Iustitia quid. Iusiurandum ad quid pertinet. tit. undecimo.

Prætor. cōcio | ¶ Cōcio eiusdē: ubi scribit: in iudiciis aspiciēdā esse nullius grām, sed æqtatē. Iracūdiā pellendam. quæ sint tria iuris pcepta. ab auaritia abstinēdū iuramēti comites. ti. xii.

Prætor. cōcio | ¶ Eiusdē concio: ubi scribit. curāda esse, q cōmodo sint reip. Ciuiles discordias tollēdas. flagitiosos puniēdos. pfatoris domesticos nulli offuturos. Iniustitia, & Iustitia qd pariant. Temperantia quid sit. Ab ira cauendum. periurium quid. tit. xiii.

Prætor. cōcio | ¶ Concio eiusdē: ubi scribit: rectoris pñtia tutandā ciuitatē. quod est æquum iudicandū. Dei ministros esse prorē & iudicē. pricipatū pdesse debere pplis. Iudicādū sine psonarum acceptōe. Ab muneribus abstinēdum. Tria iusti tiam impedire. periurium quando committatur. tit. xiiii.

Sceptri assignatio | ¶ Sceptri assignatio: ubi scribit. quibus est resp. cōmittēda. nulla causa ab æquo discedēdū: quattuor cāis, amore, odio, timore, auaritia, iniustitiam cōmitti. cōcordiam in rep. seruandam: Iniuriam ppulsandam. Quibus causis defensiones prætermittuntur. tit. xv.

Assignatio Sceptri | ¶ Assignatio Sceptri: ubi scribit. Ignauos phibendū ab rep. Sapientē, oīa bene curaturū. Reip. cōmoda conseruāda. Sceleratos puniēdos: pbos colēdos. Iustitiæ bonū

Iracūdiā caudā͂ sine psonarꝫ acceptōe iudicādū. tit. xvi.
¶ Sceptri assignatio: ubi scribit. Iustitiā reuocandā. facinora expianda. uniuersos sine discrimine iudicandos. lucri cupiditatem fugiendam. tit. xvii.
¶ Assignatio Sceptri: ubi scribit: e ciuitatibus claris optimos eligendos ad magistratū. Delicti p͂ cenam nō omittendā. Sapiētiæ bona. quinam iustitiæ ministri. tit. xviii.
¶ De regentiū Remp. officio: ubi scribit. qui ad mgr͂atū assumi debent. In Senatus collegio concordiā fore. Iustitiā seruandā. diligentiā p reip. salute adhibendā. Cui opitulandum. quinā mgr͂atus adipiscant. quales iudices eligant. Leges seruādas, & iniustitiam repellendā. sic. n. ciues p patriæ salute mortē obibūt. Iusiurādi religionē custodiendā. plures in ægypto capite mulctatos. tit. xix.
¶ De officio eorundem: ubi scribit: Sapiētiæ studiosos & usu peritos, nō uulgū insipientem Reip. p̄ponendos. Et qui sint imperio digni. qualis iudex eligendus. in cōsilio doctos adhibēdos, uel usu peritos. benemerentes de rep. & honestis artibus imbutos merito honore afficiendos. quid prudentia sit: Quid sapientia: Religionis cultū in urbe non defore. Finē rei cuiuscunq; inspiciendum. Reip. conseruatoribus in Cælo locum constitui. Quot ex periurio mala euenerint. tit. xx.
¶ Deliberat Senatus an pontificis legato aduenienti dona mittantur. tit. xxi.
¶ In quarto libello Sermones xxii
¶ Fides publica Prætoris optimi. tit. primo.
¶ Fides pu. Notarii diligentis. tit. secundo.
¶ Fides pu. Prædicatoris egregii. tit. tertio.
¶ Fides pu. Grati Prædicatoris. tit. quarto.
¶ Fides pu. Summi Prædicatoris. tit. quinto.
¶ Fides pu. disertissimi Prædicatoris. tit. sexto.
¶ Gratiarum actio conuiuis habenda. tit. Septimo.
¶ Actio grãrꝫ comitātibus & officiosis h͂ndā. tit. octauo.
¶ Grãrꝫ actio comitātibus & officiosis. h͂nda. tit. nono.
¶ Actio gratiarꝫ conuiuis habenda. Nuptiarꝫ tpe. tit. x.

Sceptri assignatio
Assignatio Sceptri
Rectoris officium
Rectoris offi.
Fides publica
Grãrꝫ Actio

constitutis. de uitæ miseriis.tit.viii.

Vir generosus ¶In funere Generosi uiri: ubi aliq̃ de misericordiæ bono:& humilitatis.de supbiæ malis.de opibus mīæ.de sepultura.de clæmentia.de iræ comitibus.de pacis bono. quid sit confessio: quid uir sine litteris. de scripturæ sacræ uirtutibus. quæ mortis commoda.tit.ix.

Episcopus ¶In funere uenerādi Epī:ubi aliqua de uitanda iactātia: de ieiunii bono.de uitādis fœminis.de pastoribus ecclesiæ negligētibus.de orōnis frequētia.de cibi modo.quorum libri legendi & qualiter.inimicis cur bñfaciendum qualis Episcopi uita. de ordine Epali. de uitæ malis. de impiis arrogātibus fortunatis.de piis infelicibus. tit.x.

Sacerdos ¶In funere pii reuerendiq; Sacerdotis:ubi aliqua de bonis ecclīarum.de Clerico negociatore. de sciētia diuine legis.de præsbyteri sermõe. de salutari sacrificio.de honesta cõuersatiõe.quid sit castitas.de orōnis tempore. de inuidiæ malis. Luxuria quid sit.& quæ eius mala. de puro animo sacrificantis de obedientiæ bono.tit.xi.

Theologus ¶In funere sacri Theologi Pauli Callarii: ubi aliqua de obediētiæ bono.de abstinentiæ uirtute & pauptatis. de orōnis frequentia. de tempato cibo.de mulierꝝ fuga.de pacis uirtute. de resurrectionis felicitate. ¶De Leonardi Coni summi Theologi laudibus.tit.xii.

Præceptor ¶In funere clari præceptoris: ubi aliq̃ de discipulorum eruditōe.de inuidia.de castitate.de repħensione. de ira. de cruce.de innocentia.de malorꝝ solatio. de patientia. de Philosophis & Poetis. de tolerantia. de uigiliis. de lege uitæ & mortis.de duabus uitis.tit.xiii.

Discipulus ¶In funere studiosi Discipuli: ubi aliqua de parente. de studiosis. de Luxuria.de pudicitia. de Mundi malis. de sapiente.tit.xiiii.

Medicus. ¶In funere clarissimi Medici:ubi aliq̃ de morborꝝ caussis.de regno cælesti.de ieiunio.de tolerantia. de sapientia. de superbia.de lugendo mortuo.tit.xv.

Miles ¶In funere strenui Militis: ubi aliqua de Militiæ laudibus.de uirtute Militis.de Humilitate. de lingua dolosa.

Finis Tabulæ. & Titulorum.

¶Primus Sermonuꝫ Libellus/ de Auspicādis Poetis/Historicis/Oratoribus/ cōtinet Sermōes.xiiii.

¶De Laudibus Agriculturæ/seu Rusticæ uitæ: De Agricultura Scriptoribus. De Inuentoribus/ & Commodis Astronomiæ: Titulo Primo.

Vellem hodie Carneadis mihi facundiā dari hominis quideꝫ omniū in dicendo (ut scribunt) acerrimi & copiosissimi. Plures eniꝫ hic adsunt Galbæ: plures Aemylii: Crassi multi: Gorgiæ quāplurimi. Verum illa deficiente fretus omnium humanitate ubi locum ascendi/ aliqua breui oratione expediam. Dicam itaq; (ubi Georgicorum opus profiteri constitui) Agriculturæ seu Rusticæ uitæ laudes aliquas: & eius scriptores non paucos. Inde uero Astrorum scientiæ inuentores/eiusdemq; uires & commoda/ breui quoq; perstringam: Ea nanq; Agriculturæ adiungitur. De qua/ ut pollicita exequar/ aliqua minime cōtemnenda memorare incipiā: Adeste quæso.

¶Cum duæ uitæ traditæ sint hominuꝫ/Rustica & Vrbana: antiquior est multo rustica: prius eniꝫ rura coluerūt homines/q̄ urbem haberent. Neq; solum antiquior cultura agri/sed etiam melior: Vnde qui eam colerent piaꝫ & utilem uitam agere credebant. Omnium siquidem rerum/ ex quibus aliquid exquiritur/ nihil est Agricultura melius/nihil huberius/ nihil dulcius/ nil homine libero dignius. Dirigit̄ ea ad duas metas/ad utilitatem & uoluptatem: Vtilitas quærit fructum: Voluptas delectationeꝫ. Hinc Homerus Laerten lenientem desiderium/ quod capiebat e filio colentem agrum/ & eum stercorantem facit: Agro enim bene culto nihil potest esse/nec usu huberius/ nec specie quidem ornatius. Nec uero sine causa olim præponebant Rusticos Romanos Vrbanis:

Agricultura
Rustica uita

Romuli Institutio

Quoniam qui in oppido sederent, q̃ qui rura colerent, desidiosiores putabant. ¶Romulus item, quo tẽperanter omnes uiuerent: & iusta potius q̃ lucrosa eligerent: tum ad tolerantiam laborum meditandam, nullamq; pecuniam pretiosiorẽ uirtute æstimandam, desides omnis & sordidas, cupiditatumq; turpium allectrices artes ut corrũpẽtes delenesq; corpus & animũ exercentium, Seruis & aduenis tractãdas exhibuit: durauitq; diutissime probro habita esse apud Romanos hæc opera: neq; ea cuiq̃ Romano oriundo exercita. Duo uero tantũ studia reliquit liberis, Agriculturã, & Belli artes: Uidebat enim q hac uita homines temperatiores fierent: atq; Venereis illecebris minus caperentur. Imperfectamq; putans utrãq; uitam alteram ab altera separatam, eosdem militarẽ simul & rusticam uitam uiuere instituit: Vt & pace & bello exercitio non carerent. Hunc autem uiuendi morem, etiam apud Sueuos legi, Germanorum omniũ bellicosissimos: qui centum pagos habere dicunt: e quibus quotannis singula milia Armatorum bellandi causa e finibus educunt: Reliqui uero, qui domi manserint, se atq; alios alunt: Hi rursus inuicem anno post in armis sunt: Illi domi remanent: Sic neq; Agricultura, neq; ratio atq; usus belli intermittitur: Sed priuati ac separati agri nihil est.

Agricultura Militia

Sueui

Numæ Institutio

¶Numæ quoq; Pompilio nõ minori curæ q̃ Romulo fuisse Agriculturam legimus: Considerans enim Ciuitatem necessaria affluentia abundare oportere: Agrum omnem diuisit in eos, qui pagi uocantur. Præfecitq; pagis singulis singulos magistratus, ĩspectores & custodes suæ quosq; partis: qui circumeuntes assidue, bonosq; & malos describentes agricultores, Regi deferebant: Isq; laudibus prosequẽs diligentes agricolas & comitate cõplectens, Segnes autem & ignauos opprobriis insectãs ad colẽdos agros melius quenq; inuitabat. Atq; ita liberati bellis & urbanis negociis multum ocii nacti, coloni omnes fiebant: Hinc ait ille: Pascebatq; suas ipse Senator oues. Vnde & Quintius Cincinatus obsessi cõsulis

Quintius Cincinnatus

& excercitus Liberator/ ab Aratro uocatus ad dictatu/ram uenit: Ac rursus Fascibus depositis ad eosdem Iuuencós rediit. Itemq; Caius Fabritius/ & Curius Dentatus/ Alter Pyrrho finibus Italiæ pulso/ domitis alter Sabinis/ accepta quæ uiritim diuidebantur captiui agri septem iugera/ non minori industria coluit/ q̃ fortiter armis quæsierat. Caius autem Lycinius Tribunus plæ. primus populum ad Leges accipiendas in septem Iugera Forensia e comitiis eduxerat. Siquis præterea agrũ suum passus fuerat sordescere/ eumq; indiligenter curabat: ac neq; arauerat/ neq; purgauerat: Siue quis arborem suam Vineamq; habuerat derelictui: non is sine pœna fuit: sed erat opus Censorium. Censoresq; ærarium faciebant: Erat etiam Censoria castigatio minus arare q̃ uerrere: q; sine Agricultura nec consistere mortales nec ali posse manifestum est. Quod Indi intelligentes sinunt Belli tempestate in campis opus Rusticũ exercere Agricolas absq; cura ab omni discriminebelli procul: hostes in prælis mutua cæde grassantur: Agricolis nulla in re nocent: sed intactos relinquunt tanq̃ communis utilitatis ministros: Quod quidem si etiam apud Christianos/ uti par esset/ usu ueniret: & Ciuibus & Agricolis & Militibus ipsis/ q̃optime consultuʒ esset. At Cuʒ Bella sint occulte peccatorũ & scelerũ pœnæ ut ille īquit haud eqdẽ misẽ si nulli hoĩm gñi nulliq; ordini parcit. Iã uero Scriptorũ Noĩa uti pollicitus suʒ exequemur. ¶Sunt qui de Agricultura Scripsere permulti Vt legimus: Hieron Videlicet Siculus: Democritus Physicus. Xenophon Socraticus. Aristoteles. & Theophrastus Peripatetici. Archias Pythagoræus. Amphilochus Atheniensis. Apollodorus. Antigonus Cynicus. Aristandius Atheniensis. Bacchius Milesius. Dion Soleus. Chereas Atheniensis. Diodorus Priennęus. Bion Colophonius. Epigenes Rhodius. Euphranii duo. Menãdri duo. Pythiõ Rhodius. Androcyõ Aeschariõ Aristomenes. Athenagoras. Crates. Dades.

Fabritius
Curius

.C.Lycinius
Iugera septeʒ
Segnis agrico

Agriculturæ
Scriptores

Dionysius. Euphoriō. Lysimachus. Menestarchus. Theophilus. ii omnes & plꝛes quidē soluta oratione scripserūt. Quidā etiaꝫ uersibus: ut Hesiodus ascræus. Menecrates Ephesius. Nicāder etiaꝫ Colophonius. Hesiodus aūt ut legimus princeps omniuꝫ de Agricultura præcepit: Mago Carthagineñ pœnica lingua res dispersas cōꝓhendit Libris duo de triginta. quos Cassius Dionysius utticensis uertit libros uiginti Græca lingua. Hos aūt utiliter ad sex Libros redegit Diophanes in Bithynia: quos misit Deiotaro regi. Apud Roānos deniq; de agricultura primus Cato instituit: quā deniq; Marcus Terētius Varro expoliuit: Mox Virgilius laude carminuꝫ extulit. Nec minus studium habuerūt Cornelius Celsus: & Iunius Moderatus, Columella: Exinde Plynius maior

Agricolis Necessaria

ꝗplurima scripsit. ¶Qui demuꝫ se in Agricultura perfectum uolet ꝓfiteri/sit oportet rerum naturæ sagacissimus: declinationum mundi nō ignarus: ut exploratū habeat/quid cuiq; plagæ conueniat: quid repugnet. Siderū ortus & occasus/ seu mauis emersum & occultationes memoria repetat: Ne imbribus uētisq; iminētibus opera incohet: laboreꝫq; frustretur. Cæli & anni præsentis mores intueatur: Quæ quideꝫ prænoscere sine lumine animi/& sine exquisitissimis disciplinis/quenꝗ nō posse crediderunt. Et quia sideꝝ mentio facta est: par esse uidetur: ut de Astronomia aliqua referanē: sine cuius sciā manca foret agricultura: de qua dixit ille: Tempus in agrorum cultu consumere dulce est.

Astronomiæ Inuentio

¶Astronomiaq; scientia inuenta est secundum Origenem seu longa obseruatione/seu demonum quidem solertia qui ordineꝫ suū transgressi/multa hominibus suggesserunt. Sunt tamen qui deoꝝ beneficio inuentam putent: Manilius primo

Cyllenius

libro/ Mercurium inuentorem asseruit: dixit enim. Tu princeps/ autorq; sacri Cyllenie tanti: Per te iam cæluꝫ in terris/iam sidera nota. Iosephus uero aliter sentit: nā

Adam

scribit Adam duas Columnas reliquisse/ unam Aeneā alteram Lateritiā: In quibus Sideꝝ motus descripserat:

I

Ne per Aquæ & Ignis diluuia: quæ futura esse cognoue rat: ea scientia quãdoq; perderet. Lactantius autẽ secun do libro inquit: omnium primi qui Aegyptũ occupa- uerunt cælestia suscipere, atq; adorare cœperunt. Et quia domiciliis nõ tegebant propter aeris qualitatẽ: nec ullis in ea regione nubibus subtexitur cælum: cursus siderum & defectus notauerunt: duj ea sæpe uenerãtes curiosius atq; liberius intuerentur. Diodorus in quarto, Atlantẽ Astrologiæ peritissimũ scribit, de Spæra primum inter homines disputasse: quã ex re uisum esse orbem suis hu meris substinere, locum præbente fabulis Sphæræ inuẽ tione. Plynius. libro Septimo Atlantem Libyæ filium Astrologiam inuẽnisse ait: Alii dicunt Assyrios: Sphæ ram uero in ea Milesium Anaximandrum: Siderũ ob seruationem in nauigando Phœnices. ¶ Hæc autẽ so- lis ac lunæ uarios cursus: Hæc meatus siderum: Hæc ra tionem temporum deprehendit. Hac item pendentia fata discerni possunt: Hac cuiq; nascendi dies qualis fu- erit, & qualis uita ostenditur: Vnde Mãlius libro tertio Fata quoq; & uitas hominum suspendit ab astris: Sic fe lix aut triste uenit per singula fatum: Hac horæ prospæ & infelices iudicantur: Hac optimus quisq; Astrologus multa mala prohibere potest: quæ secundum stellas uen tura essent. Nam cum earum naturam præsciuerit, sic eũ præmuniet, cui mala uentura sunt, ut cum uenerint pos- sit illa pati: quod etiã asserit Ptolomæus. Hac etiam, uti aiunt, Ad humanarum diuinarumq; rerum notitiam p uenimus: Hæc omnium salutem conseruare ostendit: Huius deniq; operis uires Aegyptii maximas demon- strarunt. In omnibus enim libris medendi scientiã stel larum prognosticationibus coniunxerunt: eo scilicet ut existentium conplexionum qualitates, per stellas depre henderent: nec non & accidentia corpori euẽtura. Est itaq; Siderum scientia quodammodo necessaria & per utilis. Iam quidem operæpretium esset, ut de Poetica aliqua dicerentur: Verum quia paruo libello iam edito,

Aegyptii


Atlas

Astronomiæ commoda

manilius

Fata

Medico necẽa Astronomia



Cuius Titulus est de Poetica uirtute/ q̄plurima ostendimus: superuacuum hoc loco repetere uisu3 est. De poeta quoq; omnium summo aliquid dicerem: Sed quia ut ait Symmachus/ Haec est Maronis gloria ut nullius laudibus crescat/ nullius uituperatione minuatur/ Silendu3 censeo: Finemq; orationi impono. Dixi

Maronis gl'ia

¶De Diuersis Vitioꝝ/ Virtutumq; effectibus/ in Iuuenalis Satyrici Poetæ Laudem: Is enim quæ Mala/ quæ Bona sint edocens/ scribit quid Vitia/ quid item Virtutes hominibus pariant. Tit. Secundo.



Vanto mihi ingenio/ Quāta item rerum doctrina/ facundiaq; opus esset: quo plane omnibus satisfieret Viri clarissimi/ Quis non uiderit? Sed quanq̄ minima omnia/ non propter id ab uirtutis officio cessare uisum. Itaq; diuersos uitioꝝ uirtutūq; effectus exponā Haud ab re profecto: Sum nanq; Iuuenalis elegantissimi Satyras annuente deo expositurus: Vbi quidē/ quæ mala/ quæ bona sint edocebimur: Scribit enim quid uitia/ qd item uirtutes hominibus pariant. Ideoq; ab deorum immortalium neglecto cultu incipiam: Quicunq; & enim impius/ deosq; negans/ ad omne scelus paratu3 sese ostendit. Quid nanq; bonos a malis segregat/ nisi deorum metus atq; religio? quos plures esse participatione/ nec sancti uiri negarunt. Poetæ etia3 deum unicu3 omniumq; rectorem asseruerunt/ atq; omnipotentem. Sineq; eo bonum aliquem uiru3 esse q̄plurimi/ iure negant. Hinc Fabulati antiquitus Gigantes e Cælo deos pellere uoluisse: quosdam enim fuisse deos negantis accæpimus. Hinc primæ scelerū causæ mortalibus: quæ sane omnes perditum eunt: ut passim uidere licet.

Impius

Deus

Gigantes

¶Impietate quippe Dionysium illum Syracusium Regno eiectum scripsere: de eo nanq; legitur: Ille Syracusia modo formidatus in urbe/ Vix humili durā reppulit

Dionysius

arte famem. Coactus siquidem Corinthi Pueros (quo uictum caperet) edocere: ꝗ nec dignus Honore est, prauus. Cum honor praemium sit uirtutis: ac bonis hominibus tribuatur. Superbia Tyberium Gracchum & Caium fratrem, Catilinamq; etiam, turpi & saeua caede obiisse. Auaritia Marium illum priscum, damnatuꝫ & urbe pulsum: ꝗ haec illis semper accommodatur: qui magis q̄ oportet pecuniis student: quanq̄ senectus etiaꝫ & imbecillitas omnis, auaros uidetur efficere. Luxuria Romanos Regibus exilium indixisse, & urbe omnino fugasse: Haec enim maxime impedimento prudentiae: nemo nanq; dum est in illa, mente quicquam prospicere potest. Irae Thyesten Exitio graui strauere: & altis urbibus ultimae stetere causae, cur perirent: Funditus: imprimeretq; muris Hostile aratruꝫ exercitus insolens. Irae deniq; sunt, quae corpus etiam manifeste permutant non nullosq; in furorem ac insaniam adigunt. Et ipsi etiam homines, quum irascuntur, dolent: Qui uero pro quibus, & quum oportet irascitur, laudatur: At qui non irascuntur, & quibus, & quando fuerit opus, fatui esse uidentur. Gula, primos omnium parentes, felici & quasi caelesti uita priuatos. Inuidia, sapientissimum Socrateꝫ nostriq; decus Eloquii Ciceronem, uitales auras morte foetidissima reliquisse. Veneficio Claudium eiusq; Britannicum filium obiisse: Quae quidem scelera omnia talem euentum minime sortita essent: quum eorum quisq;, uti par fuerat, poetaq; noster Satyricus admonet Caelicolum metu Religioneq; non caruissent. ¶ Si uero uirtutis opera perscrutabimur: quisq; profecto animaduertet: sine illa beatam felicemq; uitam constare nō posse: Felicitas enim consistit in operationibus: quae ab uirtute proficiscuntur, de qua scire non satis est: sed enitendum ipsam habere, ac uti: Sola nanq; Vitia fugat: Vnde q̄ optime scribitur: Virtus est Vitiū fugere: Virtus Affectio est animi constans cōueniens que: Laudabiles efficiens eos, in q̄bus inest: bonū auteꝫ mētis uirtus est.

Honor
Superbia
Auaritia
Luxuria
Ira
Gula
Inuidia
Venefitium
Virtus
Virtus quid

Hinc omnia/ quæ pulchra/ honesta/ præclara sunt: Et quod per uirtutem efficitur/ afficit uoluptate. Quis igitur ad eam capessendam totis uiribus non enitat? Quo autem pacto haberi possit/ Quis nam Musarum Sacerdos aperuit/ uti noster? Hinc merito Vatum Sanctissimus appellari potest: Itaq; eius dogmata atq; præcepta intellecturi cognoscent. quæ certe haud in omnibus uires habere poterunt: ni prius auditorum animi moribus culti fuerint/ ad recte gaudendum ac ad horrendum qui nanq; cum perturbatione degunt/ minime ea uerba audient: quæ dehortantur/ neq; intelligent. Idcirco bene institutum moribus eum esse oportet: qui de honestis & iustis/ & omni Ciuili ratione est sufficienter auditurus. Quæ autem moribus instituant/ Poeta ipse ostendet: Prudentiæ siquidem effectus habebimus: Cuius finis est quidnam sit agendum/ aut non agendum præcipere: pateatq; prudentem/ neminem esse posse/ nisi bonum: & qui noscat/ ea quæ sibi ipsi bona fuerint: & in illis uersatur. Sed quid de Fortitudine dicam? Nonne plenissime edocet. Iuuenalis/ quæ sint agenda/ ut fortes magnanimiq; efficiamur? Sunt enim proprie fortes/ seu magnanimi: qui circa honestam mortem/ & ea omnia quæ repente eueniunt/ atq; afferunt ipsam interriti manent: qui nec uehementer in prosperitate lætantur: nec nimium in aduersitate dolebunt: Nec etiam fuerint memores sibi illati mali: q; non est Magnanimi meminisse præsertim mala: sed despicere potius: Nec ut laudetur ipse/ Nec ut alii reprehendantur est illi curæ. De Continentia uero idem quoq; q̄plurima nos admonebit: quam quidem in superando consistere dicunt: uti Constantiam in resistendo: Ipsamq; Temperantiam circa Corporis Voluptates/ non Animæ uersari notarunt. Vnde abstinendo ab Voluptatibus efficimur temperati: Nos enim ipsi quia magis ad Voluptates sumus procliues/ Facilius ad Intemperantiam q̄ ad Modestiam Inclinamur. Iustitiæ quoq; in eo Variis sæpe Locis.

Morali
Prudentia
Fortes
Magnanimi
Continentia
Constantia
Temperantia
Iustitia

exempla/ seu præcepta inueniuntur: quæ sola/ ut aiunt perfecta est uirtus: atq; propterea iustitia ipsa præclarissima uirtutum esse uidetur: Vnde q̃ optime dici potest Iustitia in sese uirtutes continet omnes. Est enim naturæ conuentio in adiutorium multorum inuenta: Seu secundum Philosophum: Iustitia Virtus est Animi cuiq; secundum merita distribuens. Vtq; iustus habearis/ nõ solum non nocebis: sed etiam nocentes prohibere curaueris. Siquis itaq; Iuuenalem ipsum Diuinum sane Poetam/ Morumq; Censorem q̃ optimum non amauerit/ amandoq; intelligere & discere non curarit/ quã tum ab ipso Virtutis Vestibulo seu Fonte aberret/ omnium sit Iudicium. Dixi. Iustitia

¶ Quid Historia. Quid Annales. Quid Ephimeris. idest Diariũ: Qui Scriptores uetustiores: Quæ Lex: quæ Ratio: quisue ordo: quænã utilitas sit historiæ. Tit. 3.



Alerii Maximi Electorum Cõmentarios/ omni uirtutum genere probatissimos/ expositurо mihi uiri præstantes/ de Historia prius aliquid dicere/ uisuz est operæpretiũ. Qua de re/ quid historia: quid Annales: qd Ephimeris idest Diarium differam. Exin uero scriptorũm uetustiores. Posthæc/ quæ Lex: quæ Ratio: quisue Ordo: quænaz utilitas sit historiæ breui expediã. Quisquis ades attendito curiosius. ¶ Historiam quidez esse aiunt/ Rerum gestarz uel expositionẽ/ uel demonstrationem/ uel narrationẽ. Earz tamen ꝓprie rerum esse historiam: quibus rebus gerendis interfuerit is: qui narret Hinc ab Historeo uerbo græco dictã uolunt/ quod est uideo/ cognosco/ narro. Annales uero proprie libri dicunt: ubi res gestæ plurimũ annorum/ obseruato cuiusq; anni ordine deinceps componuntur. Quũm tamen non p annos/ sed p dies singulos res gestæ scribunt. Ea historia græco uocabulo Ephimeris idest Diariũ dicit. Historia Historeo Annales Ephimeris Diarium

Ceterum Legimus Annales omnino id esse/ quod hi-
storiæ sint:historias non omnino esse id quod annales
sicuti quod est homo/id necessario animal est: quod est
Historia animal/ non id necesse est hominē esse. ¶Sed erat oli3
historia nil aliud/nisi Annalium cōfectio: Nam ab ini-
tio rerum Romanarum usq ad .P.Mutium pontificem
Maximum res omnes singulorum annoru3 mandabat
litteris Pontifex Maximus:efferebatq in album/ac pro-
ponebat tabulam domi:potestas ut esset populo cogno
Annales scendi: Iiq Annales Maximi dicebantur: quasi a ponti
Maximi ficibus maximis facti: uel consecrati: ut ille inquit: sic
Cato Cato/sic Pictor/sic Piso/ sic multi alii scripserunt. Qui
certe sine ullis ornamentis monumenta solum tempo-
rum/hominum/locorum/gestarumq rerum reliquerūt.
Pherecydes Itaq qualis apud Græcos Pherecydes Syrus/ qui pro-
Prosa Oratio sam orationem condere instituit tempore Cyri Regis/
qualis Hellanicus/ & Acesilas fuit/aliiq permulti. Talis
Cato noster Cato/& Pictor/& Piso: qui neq tenebāt/quibus
Pictor rebus ornetur oratio: & du3 intelligeretur/ quid dicerēt
Piso unam dicendi laudem putabant esse breuitatem. Paulū
se erexit/& addidit historiæ maiorē uocis sonu3 uir op
.L.Cœlius timus Crassi Oratoris familiaris.L. Cœlius Antipater.
Antipater Apud Græcos aūt/ eloquentissimi homines ad scriben
Herodotus dam historiā maxime se applicauerūt: Vt Herodotus:
Thucydides qui prīceps genus hoc ornauit.Et post illū Thucydides
qui omnes dicēdi artificio facile uincit: ita enim est cre
ber re℞ frequētia: ut uerboru3 prope nume℞ sententia-
ru3 numero sequatur. ita porro uerbis est aptus & pres-
sus/ ut nescias Vtrum res Oratione/ an Verba senten-
tiis illustrentur. Hunc Consecutus est Syracusius Phi
Philistus listus Dionysii Tyranni Familiarissimus: Maximeq
Thucydide3 est imitatus. Postea uero quasi e clarissima
Theopōpus Rhetoris officina duo pstātes īgenio/Theopompus &
Ephorus Ephorus Socrate mgro īpulsi se ad historiā cōtulerunt.
De qbus qdē aiūt dixisse Socratē: se calcaribus ī Epho
ro/cōtra aūt in Theopōpo frænis uti solere:Alte℞ eni3

exultantem uerbo℞ audacia/reprimebat: Alterum cun‑ctante₃ & quasi uerecundũ incitabat. Deniq; etiam a phi losophia profectus prĩceps Xenophon: Socraticus ille: Post ab Aristotele Callisthenes Comes Alexãdri scrip‑sit historiam: & is quidem Rhetorico pene more: Ille autem superior leuiore quodam sono est usus. Mini mus natu horu₃ omnium Timæus longe eruditissimus: & rerum copia & sententia℞ uarietate abundantissimus & ipsa compositione uerbo℞ non impolitus: magnam eloquentiam ad scribendum attulit. Cadmus autem Mi lesius historiam primus omniũ condere instituit. Pos‑sem & plures tum Græco℞/ tum Latinorum scriptores enumerare: sed ista satis ut ad reliqua pergam. ¶ Prima igitur historiæ Lex: nequid falsi dicere audeat: Deinde nequid ueri tacere: neq; suspicio gratiæ sit in scribendo: neq; simultatis: quæ fundamẽta nota sunt oĩbus. Itaq; nõ nũq̃ summis laudibus extollere Inimicos debet: quũ res gestæ eo℞ ita exigere uident: interdũ amicos necessa‑rio sq; rep̄hẽdere quũ errores co℞ digni sunt: q rep̄hen‑dãt. Ac ueluti siquis oculos aĩanti effoderit: quicqd sup‑est corpis ĩutile sit: ita dẽpta ex historia ueritate narratio oĩs ĩutilis est. quã ob rẽ neq; a rep̄hẽsiõe aĩco℞/neq; ab inimico℞ laudibus/cum ita res ferat abstinẽdũ. ¶ Ipsa uero exædificatio posita est: ĩ rebus & uerbis. Re℞ ra‑tio: ordinẽ tpm desiderat: Regionũq; descriptionẽ. Vult etiã ĩ rebus magnis/meõriaq; dignis/ut Cõsilia primu₃/ deĩn acta explicẽt: postea euẽtus expectãt. Nã p̄mo cõ suliẽ: inde agiẽ: deĩn actionẽ seqẽ euentus. Diceẽ q; pri‑mo: qñ: deĩn ubi quæq; res gesta fuerit. In cõsiliis signi ficeẽ: qd scriptor p̄bet uel uitupet: ĩ r̃bus gestis declareẽ qd actũ aut dictũ sit: quñ de euẽtu diceẽ: cãæ explicẽtur omnes uel casus: uel sapientiæ: uel temeritatis: quicquid enim euenit uel Casu accidit: uel Ratione: & Consilio geritur: uel Temeritate admittitur. Hominumq; ipso‑rum non solum Res gestæ Narrentur: Sed etiam/ qui Fama ac noĩe excellat: de cuiusq; natura: ac uita scribaẽ.

Xenophon
Callisthenes
Timæus
Historiæ Lex
Rerum Ratio
Homines

ut laudentur qui laudandi sunt: uituperent̃ uituperandi.

Verboꝝ ratio

Verborum autem ratio/ & genus orationis fusum: planum & sine asperitate ulla: atq; tractum & continuum: & cum lenitate & suauitate quadam aequabiliter profluens prosequendum est. Tractentur & disertissime conciones/ & cohortationes Imperatoris ad Milites: Consolationes doloris: Praecepta bene uiuendi: Admonita bene instituendi: Pugnaq; ipsa ordine describatur. Sed nihil est in Historia pura & illustri breuitate dulcius.

Historiae utilitas

¶ Ad uitae denique institutionem utilissima historia censenda est: Nam mores nostros effingit ad uirtutem: ad honestum impellit: detestatur uitia: probos extollit: deprimit improbos: ac retuꝫ/ quas describit experimento plurimum confert ad rectam uitam: ostendit enim legẽtibus praeteritorum exemplis/ quid nobis appetendum sit/ quidue fugiendum. Hinc priuatos uiros imperio dignos efficit: Imperatores ob immortalem gloriam ad praeclara facinora impellit. Milites propter laudem/ quae mortuos sequitur/ promptiores efficit ad pericula pro Patria subeunda: Improbos timore infamiae ab malis facinoribus deterret. Denique omnium rerum/ quibus felicitas hominis paratur/ Laudem praecipuam causaꝫq; Historiae tribui decet. Est enim eorum custos/ quae cuꝫ uirtute acta sunt: testem se malefactis/ beneficamq; erga omne genus hominum praebens. Et enim caetera monimenta paruo tempore durant uariis casibus disturbata: Historiae uirtus per uniuersum Orbem diffusa ipsum quod caetera consumit tempus custodem sui habet. Affert praeterea multum opis Eloquentiae: qua nil fermie praeclarius reperitur. Cum nihil aliud sit Eloquentia/ nisi copiose loquens Sapientia. Debet auteꝫ Historicus/ primum quideꝫ materias eligere pulchras & excellentes Plurimamq; Vtilitatem his/ qui lecturi sunt afferentes: Deinde parare congruas Scribendae Materiae Facultates multa cum Diligentia atq; Industria. Quae sane omnia Valerius Maximus ad ungueꝫ Executus est.

Eloquentia Historiae Materia

Quocirca nullius historia ulla est/quae plus hominibus iucunditatis & cōmodi exemploꝝ numero afferre possit. Ideoq; eius electoꝝ commentarii interdiu ac noctu manibus uersandi sunt: Deq; iis agenduꝫ/quod de Homero Arcesilaus Phūs in dicēdo grauissimus/ & in scribendo satis exercitatus/ agere solebat: Homeri enim adeo studiosissimus erat/ ut semper ante somnum eius aliquid legeret.Dixi.

Homerus
Arcesilaus

¶Carminum Horatii commoda. Eloquentiae uis. Fabularum occultus sensus. Historiae uirtus. Philosophiae emolumenta. Oda quid sit. Tit. quarto.



Icturus hodie hoc in loco Praestantissimi uiri/diu sane fui cogitabundus: quid potissimuꝫ reiq; consentaneuꝫ afferre possem. Illud demum occurrit (Cum Horatii Flacci Odas praesenti anno expositurus sim) ut illaꝝ cōmoda apirem: sunt enim q̄plurima scitu profecto dignissima & cognitu necessaria/indeq; perutilia. ¶Delectant primum Carminuꝫ uarietate/ artificio magno & cultu amplissimo: ꝓpter quae omnia inter Lyricos uates e latinis uidelicet/solū Horatium dignū lectu existimāt. ¶Delectant itidē ac prosunt eloquentiae lepore summo qua certe fruentes tenere possunt hominū coetus: mentes allicere: uoluntates impellere quo uelint: & unde uelint deducere. Haec enim efficit ut ea quae ignoramus discere: & ea quae scimus alios docere possimus. hac cohortamur/hac persuademus/ hac consolamur afflictos: hac ducimus perterritos a timore/ hac cupiditates iracundiasq; restinguimus: haec nos urbiuꝫ societate deuinxit: haec a uita immani & fera homines segregauit. Tāta denīq; oblectatio est in ipsa facultate dicendi: ut nihil hominum aut auribus/aut mentibus iucundius pcipi possit. Qui enī cantus moderata ꝓnūtiatione dulcior inueniri pōt? quod carmē artificiosa uerboꝝ cōstructiōe aptius?

Eloquētiae uis

Quid autē subtilius/ q̄ crebræ acutæq; sententiæ? Quid admirabilius/ q̄ res splendore illustrata uerborꝝ? Oblectant iuuantq; etiā eruditione copiosa & uaria: fabularꝫ siquidē/ Historiarꝫq; & locorꝫ notitiā p̄bent q̄plurimā. Continent etiā phiæ partē/ illam de uita & moribus edocentē.

Fabulæ cur repertæ

¶A Fabulis abhorrere nullus hominū debet: Non enim omnibus fabulis repugnat Phia: Nam aut tm̄ conciliandæ auribus uoluptatis gratia repertæ sunt: aut adhortationis quoq; in bonam frugem: ut illæ Aesopi Fabulæ.

Fabula quid

Est enim fabula exemplaris/ seu demōstratiua sub figmento locutio: cuius amoto cortice patet fabulantis occultus sensus.

Fabularum occult. sensus

Tityus

Hinc fabulantᵉ poetæ Vulturē Tityi iecur īmortale depasci: Nihil aliud intelligi uolentes q̄ tormentā conscientiæ obnoxia flagitio: quæ uiscerā interiora rimatur: nec de re sua potest uitare sententiam. Hinc ait ille/ Cur tū hos tu Euasisse putes: quos diri cōscia facti: Mens habet attonitos: & surdo uerbere cædit: Occultumq; quatiente animo tortore flagellū: Stulti enim malorꝫ memoria torquentᵉ: Sapientes bona pterita/ grata recordatione renouata delectāt.

Tantalus

Tantalū epulis ante ora positis excruciari fame/ & inedia tabescere dictitarunt: Per id quidē intelligētes: q magis magisq; acquirendi desiderium cogit præsentē copiam non uidere: & in affluentia inopes/ egestatis mala in hubertate patiuntur: nescientes parta respicere/ dum egent habendis.

Sisyphus

Saxum ingens uoluere Sisyphum/ quid denotat/ nisi terentes uitam conatibus laboriosis & inefficacibus?

Ision

Rotaꝝ radiis pendere Isiona quid intelligeres? nisi qui nihil consilio præuident/ nihil ratione moderantᵉ/ nihil uirtutibus explicant/ se & actus suos omnes fortunæ permittentes/ casibus & fortunis semp rotari?

Silex lapsura

Atram uero Silicem lapsuram semper/ & cadenti similem illorum capitibus iminere: quid item significabit: nisi qui arduas Potestates/ & infaustam ambiunt Tirannidem/ nunq̄ sine timore uicturos? Hæc itaq; nosse/ nonne multum hominibus cōferūt ad pietatem ac iustitiā seruandam?

Saturnum præterea filios suos solitum douorare/ eosq; rursus euomere: quid diceres intelligi uoluisse: nisi Saturnum tēpus esse/a quo uicibus cuncta gignātur/ absumantq;/ & eo denuo renascant? Eundem quoq; a filio pulsū:quid aliud est/ q̄ tpa senescentia/ ab his quæ post sunt nata depelli? Vinctū etiam ab eodē finxere/ quia certa lege naturæ cōnexa sint tpra. ¶Historiarū quoq; notitia longe lateq; oblectat & iuuat:quoniā historia est testis tēpoꝝ: lux ueritatis/uita memoriæ/ magistra uitæ/ nuntia uetustatis/ Nec ulla perfectio hominibus facilior ad uitæ institutionem uia est q̄ rerum ante gestarum cognitio: ea nanq; sola ob exempla alienorum incommodorum magistra est: ut quis possit fortunæ uarietatem æquo animo ferre. ¶Restat ut Philosophiæ emolumenta in medium proferam: quæ sane multa habentur. Medetur enim animis Philosophia: inanes sollicitudines detrahit: cupiditatibus liberat: & pellit timores. Est itaq; Philosophia dux uitæ: uirtutis indagatrix: expultrixq; uitiorum. Hæc urbes peperit: Hæc dissipatos homines in uitæ societatem conuocauit: Hæc Legum inuentrix: Hæc magistra moꝝ & disciplina fuit. ¶Prædicta omnia cōmoda/hoc est Carminum uarietatē/artificium ingens/ & cultum amplissimū: Eloquentiæ itē summum leporem/ Eruditionē copiosam & uariam Fabularum/ Historiarū/ Locorum moralis Philosophiæ/ Poeta noster in Odis immiscuit: quo quidem lectores/ auditoresq; ipsos/ uaria rerū doctrina maxime oblectaret/ iuuaretq; maxime. Cui igitur modulatus Horatii sermo/(nihil enim est aliud Oda) placere non poterit: nisi ignauissimo cuiq;/ & ab omni uirtute alienissimo? ¶Vos itaq; hortor moneo atq; obsecro inclyti probandiq; adolescētes: q pprias domos acqrēdæ uirtutis & reꝝ notitiæ grā reliqstis: nullo pacto uelitis fugiēdi studii laborisue causa/tot tantaq; horatianaꝝ Odaꝝ cōmoda amissum iri. Præsertim cum illis interpretādis Diligentia/Labore/Studio cura igēti/& opa ptinaci fuerī usus.

Saturnus in Filios

Satur. pulsus

Satur. uinctus

Historiæ uirtus

Philosophiæ emolumenta

Philosophia quid

Oda quid

Hinc illud fateri audeo in Odis ipsis per me enucleandis nihil defore ad rerum aut sensuuq cognitionem. Sed ea omnia/uerissima fore propediem aduertetis. Dixi.

¶De Orationis origine: Deq Eloquĕtiæ uiribus. Tit. v.



Xpositurus hoc anno Rhetoricen ad Herennium præstantissimi uiri: tria potissimũ præsenti pludio exequar: Illa sane/ quæ pstare debet orator quisque: ut doceat/delectet/moueat. Exordiar autẽ prius ab orationis origine: Inde ab eloquentiæ uiribus: Deinceps ad reliqua pergam. ¶Oris sonus ab initio olim confusus erat: qui tandeq paulatim uocem discernens/ res omnis suo nomine appellauit. Mercurium aiunt apud Aegyptios primum uerba in ordinem redegisse: multisq rebus imposuisse nomina: Fuisse quoq litterarum inuentorẽ. Athenis autem primum se orator extulit: primũq etiaq monimẽtis & litteris oratio est coepta mandari. Hæc uero omniũ regina rerum/ Nam non modo inclinantem erigere/aut stantem inclinare: sed etiam aduersantẽ & repugnanteq/ut Imperator & fortis & optimus caper potest. Cum duæ summæ sint in Oratore laudes: Vna subtiliter disputandi ad docendũ: Altera grauiter agendi ad animos audientiuq pmouendos. ¶Ipsius auteq eloquentiæ tanta uis est/ut omnium reruq uirtutũ/officiorũ/omnisq naturæ: quæ mores hominuq/quæ animos/quæ uitam cõtinet originem/uim mutationesq teneat. Eadem mores/leges/iura describat rem: publicã regat. omniaq ad quãcunq rem pertineant/ornate copioseq dicat. Eloquentia probamus uera esse/quæ defendimus: Eloquentia conciliamus nobis eos/qui audiunt: Eloquentia eorũ animos ad quẽcunq motum causa postulabit uocamus. Ea enim apud Romanos adeo floruit/ ut non nulli ex infimã fortuna in ordinem Senatoriũ/ atq ad summos Honores processerint. Cæterum quia res nulla apud

Orõnis origo
Mercurius
Litteræ
Orator
Oratio
Eloquẽtiæ uis

animos hoim plusquã ordo & ornatus orationis ualet & ut terra cultu sic/animus disciplinis melior/huberior qꝫ efficitur: Nec unq̃ solida atqꝫ robusta fuerit eloquentia/nisi multo stilo uires acceperit: Vos uos inquã adolescentuli hortor/ ut oratoriæ præcepta ediscere/ & nocttu atqꝫ interdiu manu uersare/ exercereqꝫ etiam debeatis: Sed quoniam nulla facultas in litteris sine interprete haberi potest/ ut ille inquit/ad Rhetoras/ hoc est artificiosæ eloquẽtiæ doctores/ cõfugiendũ censemus. Dixi.

Facultas ĩ lr̃is
Rhetores

¶Quid in Somnio Scipionis parte ultima Sexti Libri de rep. Ciceronis/ contineatur. Tit. Sexto.

CVm Rerum uarietate Viri clarissimi sensus omnes reficiantur: oblectenturqꝫ plurimum: Non ab re uisum est/ diuersum a superiori lectione opus/ hic hodie interp̃tari Quocirca uti hesterno die/ ita nunc obsecro/& intenti & ora tenentes/ (nam breui expediaꝫ/ qd in Somnio Scipionis parte ultima sexti libri de rep. Ciceronis/continea tur) qualiacunqꝫ dixero audiatis. Marcus Tullius de Diuinatione secundo uolumine: meminit de Rep. sex edidisse libros: quos quidẽ quum reip. gubernacula teneret/ scripsisse ait: magnum ꝑfecto locum/Philosophiæqꝫ ꝓpriũ/a Platone/Aristotele/Theophrasto/ totaqꝫ Peripateticoꝵ familia tractatum uberrime. Verum maioruꝫ incuria & negligentia apud nos pars ultima tantum de Somnio Scipionis extat: ubi quidem scribit quomodo Scipio maior apparens dormienti nepoti suo Scipioni minori prædicit ab eo Carthaginem euersum iri/ atqꝫ Numantiam Hispaniæ urbem. Hortaturqꝫ eum ad tutandã Remp. Cum omnibus/qui patriam conseruauerint/ adiuuerint/ auxerint/ certus in cælo locus sit diffinitus: ubi Beati sempiterno æuo fruantur. Scipio uero minor inde Lælio amicissimo suo Somnium ipsum aperuit: uti in Lælio Cicero asserit.

Libri sex De Rep.

Somnium Scipionis

Patriæ adiuto.

Scribit enim Lælium Scæuolæ & Fannio generis suis recitasse/ Scipionem per paucis ante morte diebus/ cum & Philus & Manilius adessent/ & alii plures/ ac etiã Scæuola cum ipso Lælio profectus/ disseruisse triduũ de rep. Cuius disputationis fuit extremũ fere de immortalitate animorum: quæ se in quiete uiso ex Aphricano audisse dicebat: Eius itaq; propositum eo pertinet: Vt nos doceat animas benemeritorum de Rep. post corpora cælo reddi & illic sui beatitudinis perpetuitate. Superest explanatio/ de qua mox prouinciam sumam. Dixi.

Animæ reip. fauentium

¶Primi belli Romanorum in Carthaginenses pro Sicilia causæ & Exitus ac temporum spatia: Deq; in Hispaniam bello. Secundi item belli Punici eadẽ. Tertii quoq; belli Punici eadem. Quid tandem in quoq; uolumine Syllii Italici potissimum contineatur. Tit. septimo.

Principium

PRincipio quidem ignoto/ uel subobscuro inclyti uiri. ea quæ sequuntur/ neq; persuadere neq; facere fidem possunt: Expositurus igitur mihi Syllii Carmen/ ubi de bello Punico secundo tractatur In primis: tangũ q; aliquando primi Punici belli portio aliqua: Necessario eorum causæ & temporum spatia explicanda uidentur: Cum etiã nihil uel magis necessarium/ uel tantopere quærendum sit/ q̃ causas rerum omnium/ quæ accidunt nosse. Quid postea quoq; uolumine potissimum contineatur/ paucis aperiam: ¶Campani igitur (ut Polibii primo legimus) sub Agathocle ĩ Sicilia militantes Mesanæ urbis Ciues partim urbe eiecerunt: partim trucidarunt. Capta Mesana se Mamertinos nuncupauerunt: Mamertum quippe oppidũ nobile ĩ Brutiis/ ut Strabo docet. Post hæc Mamertini ab syracusanis obsidionẽ passi sunt: & ab hierõe illorum duce grauiter p̃lio affecti: pleriq; igit̃ ad carthaginẽses cõfugerũt/ qbus sese & arcẽ dedere. Alii ab Rõanis subsidiũ postularũt: qui metuentes Carthaginẽsiũ dicõem

Causæ rerum

Agathocles

Mesana

Mamertum

Hieron

in Siciliã/ alter ex cõsulibus Ap. Claudiũ cũ excercitu in Siciliã ad Mamertinos iuuãdos miserũt: qui subsidii certiores facti Carthaginensiũ Præfectũ partim terrore/ partim dolo ex arce & urbe eiecerũt: Carthaginẽses repente terra & mari coactis copiis Mesanã obsidebant. At Consul per noctem nõ sine periculo traiecto freto Mesanã peruenit: primumq̃ cum Hierone Syracusanorum rege certans/eum dissipat: Ipse Mesanã se recepit: Hieron ꝓxima nocte Syracusas properat. Consul deinde iterum cum hostibus pugnans uictor extitit: obseditq̃ Syracusas. Primum igit̃ hoc Romanorum cũ Carthaginensibus ꝓ Sicilia bellũ fuit. ¶Successerũt Appio Consules declarati .M. Valerius & .C. Octacilius: tunc Hieron legatos ad consules misit: q de pace atq̃ amicitia tractarent: Romani tunc pacẽ cũ Syracusanis his fere conditionibus firmauerũt. Vt Rex captiuos quos in uinculis habebat/ roãis sine ꝓtio restitueret: Argenti insuꝑ talẽta centũ penderet: & ut deinceps Syracusani socii ac amici populi ro. appellarentur. Vbi id resciuere carthaginẽses Acrigentum urbem hostibus oppositam ueluti quandam belli Arcem & copiis & Commeatu munierunt/ Posthæc .L. Posthumius/ & .Q. Aemilius consules creati in Siciliam cum exercitu ueniunt: Hostesq̃ dissipant/ potiti etiam eorum rebus cum Vrbe ipsa. Igitur expugnato Acrigento .L. Valerius & .T. Octacilius consules in Siciliam missi: inde Romani Centum & uiginti nauium classem ædificari curarunt: quibus perfectis .C. Cornelius consul/ qui paucis ante diebus classi præpositus fuerat/ omnibus nauibus ad fretum perductis. Ipse cum decem & septem Mesanam proficiscitur: reliquas iuxta Italiæ oram reliquit. Tandem cum illis paucis Nauibus ab Hostibus circũuentus & captus est. Qua dere .C. Duellius alter Cõsul/ quippe pedestribus copiis præerat Pedestrem exercitum Tribunis Militum relinquens/ ad Classem uenit. Pugnatumq̃ est cum Hostibus: quorum Annibal idem qui ex Acrigento fugerat/ dux erat.

Ap. Claudius
primum bellũ cũ Carthagi.
.M. Valerius
.C. Octacilius
Syracusanorum pax cum Ro.
Acrigentum
.L. postumius
.Q. Aemilius
.L. Valerius
.T. Octacilius
.C. xx. naues
.C. Cornelius
.C. Duellius

Cartha. clades

A Romanis captæ sunt ea pugna Naues .L. reliquis in fugam uersis. Posthæc plures Cõsules, plura prælia, plures anni interiecti: Durauit enim hoc primũ belluꝫ Carthaginẽsium cũ Romanis continuos quattuor & uiginti annos. Lucius quippe Luctatius Carthaginẽsiũ classem ultimo anno, cui Hanno Præfectus erat apud Egusam Insulam, quæ non longe abest ab lilybæo clade affecit. Plynius uero li. tertio de Sicilia loquens Ethusam appellat: quam alios Egusaꝫ scripsisse ait. Liuius li. xix. scribit .C. Luctatium Consulem uicta ad Egades insulas classe Pœnorum fineꝫ bello imposuisse. Ptolomæus etiam .li. tertio. inter insulas iuxta Siciliã Egusaꝫ ponit. Tunc aũt Carthaginensiũ naues .L. uel fractæ uel submersæ: Septuaginta plenæ captæ: reliquæ fugerant ad Hieronesum insulã. Consul post prælium cum omni classe Lilybæuꝫ reuersus prædam & captiuoꝝ corpora inter suos diuisit: Fuerant eniꝫ e Carthaginẽsibus uiui capti præter eos qui inter certãduꝫ perierant: ultra decem milia hoĩm. Carthaginenses ea clade percussi, misso ad Amilcharẽ nuntio: (is enim alteri classi etiaꝫ in Sicilia præerat, qua Romanos mari ualde infestabat: qui Erycem montem custodiebant) potestatem ei tradunt, quicquid e Rep. uisuꝫ fuerit faciendi. Amilchar igitur legatos, qui de fœdere agerent ad Consulem misit. Luctatius conditionẽ fœderis nequaq̃ aspernatus, hoc pacto coegit: amicitiã esse Romanis, Carthaginensibusq;, si id populo Ro. uideatur: Excedere prorsus omni Sicilia carthaginenses. Sine prætio captiuos omnis reddere. Insuper Talenta Argenti Euboica, duo Milia & Ducenta Romanis annos uiginti pendere. Has conditiones Romam missas populus ro. comprobare noluit: Verum in Siciliam decem uiros cum auctoritate publica Legatos misit: Ii in Siciliam delati, summam rei haud quaq̃ immutarunt: Tempore pendendi argenti dumtaxat coarctato, ac mille insuper Talentis additis. Id præterea conditionibus addidere: ut non soluꝫ Sicilia, sed etiã omnibus insulis.

Anni .xxiiii primi belli

.L. Luctatius

Egusa

Ethusa

Egades

Naues Carth.

Hieronesus Insula

Cartha. capti .X. Milia.

Amilchar

Fœdus cum Carthagineñ.

quæ inter Siciliam atq; Italiam mediæ sunt, carthaginenses excederent. per hunc itaq; modũ primo bello, quod Romani aduersus carthaginenses ꝓ Sicilia gesserunt finis impositus. quod uti superius dictum est durauit continuos quattuor & uiginti annos. Id autem fœdus latius scribitur ab eodem Polybio. li. tertio: ubi docet sex fœdera icta fuisse cum carthaginensibus: idq; fuisse quartũ: Vltimum uero illud, Asdrubalis usq; ad initium secundi belli Punici. Idem quoq; li. secundo scribit: ubi carthaginenses Aphricæ res composuere (nam cum illis tribus fere annis & quattuor mensibus pugnarant) cõfestiƺ Amilcharem cum exercitu in Hispaniam mittunt: qui cum omnibus copiis profectus Annibale filio comite, tuƺ ferme nonũ ætatis suæ ãnũ agente, superatis colũnis Herculis magnam Hispaniæ partem carthaginẽsibus recuperauit: In iis locis annos circiter nouem commoratus, multis Hispaniæ ciuitatibus bello subactis mortẽ obiit. Carthaginenses autem exercitui Asdrubalẽ Amilcharis generum præfecerunt: qui quidem incredibili uirtute imperiũ carthaginensiũ in Hispania adauxerat: ubi & urbem cõdiderat: quæ a quibusdaƺ Carthago, ab aliis noua ciuitas appellatur: ob loci oportunitateƺ, & ad res Hispaniæ & Aphricæ cõmodissimã. Romani uero quũ intelligerent uires Carthaginensiũ usq; adeo in Hispania creuisse: ne eam quidem partem negligendã putauerunt. Verum mouere aduersus Carthaginenses bellum non audebant, uriti Romanæ urbi iminentem Gallorum multitudinem: quam ob rem componere primum cuƺ Asdrubale de rebus Hispaniæ statuerunt. Missis igitur ad Asdrubalem in Hispaniam legatis percussum cuƺ Carthaginensibus fœdus fuit. Vbi inter cætera cautum ne liceret Carthaginensibus Iberum flumen cum armis traiicere: Per reliquã Hispaniã ĩpune ꝓgredi ualerent: Liuius uero in ꝓlogo tertiæ decadis ait, ut finis ĩpii esset Iberus amnis: Sagũtinisq; mediis iter ĩpia duoꝝ populoꝝ libertas seruareẽ. de quo fœdere latius polybius. li. 3.

Fœdera sex

Bellum cum Aphris

Amilchar in Hispaniam

Asdrubal in Hispaniam.

Carthago noua

Fedus cum Asdrubale

Saguntus

Bellum Puni. secundum Amilchar Barca Annibal	¶ Vbi etiam inquit: de secundo bello Punico. Causa quidem quod Romani cum Carthaginensibus gesserunt, Prima existimari debet: Indignatio Amilcharis: cui Barcæ Cognomen erat: Fuit autem Annibalis Pater: qui in bello Siculo haud quaq̃ ab Romanis uictus est: nam exercitum omnem cui præerat iuxta Erycem, singulari uirtute seruauit incolumem: Sed quum Carthaginenses naualí prælio profligatos cerneret, tempori consulendũ ratus, pacẽ cum Romanis iniit: nequaq̃ tamen indignatione deposita: quin continue oportunitatez aliquã prææstolabatur: qua Romanos ulcisci posset. Extitit etiã secunda & maxima causa, ꝙ Sardinia romanis cesserat ꝙ.
Causa secũda	
Amilchar in hispaniam	ꝙ tributo, de quo primo ægerant, mille & ducenta talenta addiderant. Vbi autem Amilchar res patriæ compositas sedatasq; intellexit, beliũ in Hispania aggressus est: studens hac ueluti præparatione uti ad bellũ contra Romanos gerendum. Hæc uero tertia causa eiusdem belli existimari debet, idest felix Carthaginensium in Hispania successus eo enim aucti carthaginensium animi, audacius postea huic bello incubuerunt: ꝙ autẽ Amilchar maxima causa extiterit secundi belli punici, quãq̃ decennio ante mortuus, multis quidem testimoniis comprobari potest. Sed satis in præsentia fuerit, quod sequitur retulisse. Nam quo tempore uictus ab Romanis Annibal relicta Aphrica cursum ad Antiochũ direxerat: Verum interiecto tẽpore cum rege loquens, hæc ait: Quo tempore pater meus Amilchar exercitum in Hispaniã traiecturus erat, annum ætatis agebam fere nonum: tũc patre Ioui sacrificante altaribus adhærebam: At pater meus sacrificiis rite peractis, secedere parumper ab aris cæteros iussit: meq; solum ad se uocatum perhumaniter & blandienti similis, an uellez in expeditionẽm duci rogauit: qui quum id non solum libenter annuissem, uerũ etiam pueriliter deprecatus essem: Pater capta Dextra mea & altari admota, uoluit ut tactis sacris iureiurando assererem, me quũ primum per ætatem liceret hostem
Causa tertia	
Amilchar causa belli	
Annibal ad anthiochum	
Annib. ãnoꝝ nouem	
Annibal iurat in Romanos.	

populi romani futurum: Itaq; q̄diu hostis romanis eris o Rex/ licet in tuto credas omnia/ nec quicq̄ de Anniba le suspiceris: simulatq; uero uel foedus cū Roānis pcusse ris/ uel in amicitiam redieris/ tūc noli expectare aliū de me calumniatorem/ sed statim ueluti hostez populi Ro. cauendum puta: semper enim quantū in me erit/ illis ad uersus ero. Hoc itaq; apertissimum testimonium est ini micitiaruz Amilcharis infestiq; aduersus roānos animi quanq̄ id ex ipsis rebus intueri liceat/ Eiusmodi eniz ho stes populo ro. reliquit: Asdrubalem filiae suae uiruz/ & Annibalem filium/ ut nihil eis ad cumulū iniuriarū po tuisset accedere: Verum Asdrubal (qui ut scribit Liuius octo ferme annos imperium obtinuit) morte intercep tus suum aduersus romanos animū ostendere nō potuit Annibali uero tempora concesserunt: ut factus uoti cō pos paternum odiū longe lateq; diffunderet. Nam As drubale perempto ipse ab exercitu Imperator appella tus est: a senatu Carthaginensiū comfirmatus: Inde plu ribus Hispaniae oppidis ī potestatē redactis/ Carthagīe noua cū omnibus copiis pfectus/ nā ibi hyemarat/ Sa guntūz petit. ¶Ciuitas ea ultra Iberum sita est in radici bus montis: qui Hispanos a Celtiberis diuidit: circiter mille passus a mari distans: Cuius incolae & copia ter restrium fructuum/ & multitudinis incremēto/ & uirtute militari/ caeteris Hispaniae populis praestant. Huius fi nes infesto exercitu ingressus Annibal/ peruastatis passiz agris/ ad obsidionē urbis omnis machinas adhibet: pri muz enim ablaturū se romanis spem gerēdi in hispaniā belli aīaduertebat: Deinceps q se tuto ad reliq̄ pgredi posse intelligebat/ nullo hostili loco post se relicto: Per hūc modū octo cōtinuis mēsibus aīo & corpore fatiga tus tādez Saguntū ui capit: Vbi maxīa pecuniarū copia partā/ multisq; captiuis in potestatem redactis/ illam qui dem in necessarios Belli usus/ uti statuerat/ seruauit: hos uero inter milites p dignitate cuiusq; partitus est: Haec ex Polybio. Sequitur Liuius Li.xxi.q Capta Sagunto

Asdrubal
Annibal Imperator
Sagunti situs
Annibal in Saguntiū
Sagūtus capit

Annibal Carthaginē nouaȝ in Hiberna cōcesserat: Neque deinde uere Annibal Gadis profectus Herculi uota exoluit: Inde relictis in Aphrica præsidiis, & Asdrubale fratre in Hispania: ipse exercitum ad Iberum duxit: illūq; traiecit: Subactaq; Regione Pyreneis montibus subiecta: ibi pfecit Hannonem. Ipse demum alpes superans Italiam aggreditur: primumq; Romanos uincit apud Ticinum amneȝ. P. Scipione duce. Inde apud Trebiam. Inde apud Trasimenum Perusiæ lacum: Postea apud cannas Apuliæ uicum. Demum iuxta carthagineȝ ipse debellatus est a. P. Cornelio Scipione: & capta Carthago tributum soluit Ro. populo. Conditiones autem pacis legito Liuii. li. xxx. ubi etiam scribit Annibalem tunc natum annos. xlv. Et bellum Punicum secundum durasse annis. xvii. Florus uero annis. xviii. scribit durasse. Liuius li. xxx. asserit Annibaleȝ ab Italia anno decimosexto discedenteȝ in Aphricā traiecisse. ¶ Florus idem scribit. Tertium in Aphrica bellū & tempore exiguum fuisse: nam quadriennio peractum est: Causam uero huius belli fuisse: q contra fœderis legem aduersus Numidas quidem semel parasset carthago classem & exercitum: Frequens autē masinissæ fines territabat: Scipio itaq; minor illam cæpit: arsitq; diebus continuis. xvii. Liuius præterea. li. Li. asserit carthagineȝ dirutam a Scipione fuisse Anno Septingentesimo suæ originis: Hæc de bellis. ¶ Iam uero quidnam potissimum uolumine quoq; Syllii Italici contineatur breui aperiā. Primo uolumine Saguntuȝ aggreditur Annibal. Secundo capit. Tertio transcendit alpes. Quarto pugnatur ad Ticinum: Inde ad Trebiam. Quinto ad Trasimenum certatur. Sexto Annibal in Vmbriam, Picenuȝ, & Campaniam fertur. Septimo Dictator Fabius Annibali fit propior. Octauo Romanorum & sociorum Catalogus habetur. Nono pugna fit apud Cannas: & Varro fugit Decimoclade Romani afficiuntur ad Cannas: & Paulus ibidē ceditur. Vndecimo Annibal intrat Capuam.

Annibal
Asdrubal
Hanno
Annibal in Italia
Bellū Pu. fi. anni. xvii.
Belli Pu. tert.
Carthaginis Aetas
Syllii Poetæ materia

Duodecimo Annibal ad tertium lapidem Romæ imi-
net. Tertiodecimo Romani Capua potiuntur: Publius & Cneus Scipiones in Hispania cadunt. Quartodeci-mo Marcellus in Siciliam pfectus Syracusas expugnat Quintodecimo Scipio Carthaginem nouã expugnauit Marcellus consul in Brutiis cadit: Et Asdrubal ad Me-taurum cæditur. Sedecimo Scipio ex Hispania rediens consul creatus est. agitq; de traiiciẽdo exercitu in APhricam. Decimoseptimo, quod est ultimum uincitur An-nibal a Scipione. His cognitis reliqua postea longe faci-lius percipientur. Quæ quidẽ qualia sint me Interprete cognoscetis. Dixi.

Poetas obesse Moribus. Titulo Octauo.



Vid obsint Poetæ moribus Egregii Viri, quæso animaduertite: Lamẽtantes eniȝ in ducũt fortissimos uiros: molliunt animos hominum & neruos omniuȝ uirtutum eli dunt. Amorem flagitii & leuitatis autoreȝ in concilio deorum collocandum putant. Ira inflamma tos & libidine furentes induxere deos: feceruntq;, ut eo rum bella, prælia, pugnas, uulnera uideremus: Odia præ terea, dissidia, discordias, lamentationes in omnem effu sas intemperantiaȝ: Cum genere humano concubitus: mortalisq; ex imortali procreatos. Recte igitur a Platone pelluntur ex ea ciuitate, quã finxit: quũ mores opti-mos, & optimũ reip. statuȝ exquireret. Recte Lacedæmonii libros Archilochi regnãte Romulo e ciuitate sua exportari iusserũt: q eoꝝ parum uerecũdã ac pudicã lectionẽ arbitrabãtur. Noluerũt enim ea liberoꝝ suoꝝ ani-mos imbui: ne plus moribus noceret q̃ ingeniis pdes-set: Itaq; maximũ poetã, aut certe summo pximũ carmi nũ exilio mulctarũt. Recte etiã Caligula Imperator cogi-tauit de Homeri carminibus abolẽdis: cur enim sibi nõ liceret dicens: quod Platoni licuisset: qui cum e ciuitate

Poetæ a Plat. repulsi

Archilochi carmen

Caligula in Homerum

Poetica qñ romanis Liuii Fabula | quam constituebat/eieceerit. Recte qdem Romani seri- us poeticam acceperũt: annis enim fere .cccc.x. post ro mam conditã Liuius Fabulam dedit: anno ante natum Enniũ: qui fuit maior natu q̃ Plautus & Næuius: Recte

Poetis nullus honor

honorem huic generi non fuisse declarat oratio Cato- nis: in qua obiecit ut Probrum Marco nobiliori: q̃ is in prouinciam Poetas duxisset: Duxerat autem consul ille in Etholiam Ennium. Qua de re probi adolescentes in faustos poetaꝝ libros abiicite: flammis exurite: uentis eorum cineres fundite. Eos enim habere domi/ eos le gere/ eos etiam ullo modo conspicere/ Exitiale est cri- men: pernitiosissimi nanq̃ sunt/ & hostes diuini nõis: quibus nulla bonarum artium cura/ nulla pietas/ nulla sanctitas fit: Cum suis lasciuiis hominum mores infici- ant: itaq̃ merito Et Ouidius ipse inquit: An Populus uere sanos negat esse poetas:? Sumq̃ fides huius maxĩa

Poetaꝝ carĩa dæmonũ cib.

uocis ego! Iure etiam Hieronymus ait: Dæmonum ci- bus sunt carmina poetaꝝ: & Cicero portenta a poetis & flagitia dici scribit: Fugiendi sunt ergo poetaꝝ erro- res/ fugiendæ illecebræ: Nam ita sunt dulces/ ut non le gant modo sed etiam ediscantur in moꝝ iacturã. Dixi

¶ Poetas Eloquentiam/ Bonosq̃ Mores efficere. Tit. ix.

Poetar. lectio oratori cõfert

PAucis equidẽ in p̃sentia præstãtissimi Viri/ duo expediã: Poetas uidelicet Eloq̃ntiam/ bonosq̃ mores efficere. Plurimũ nanq̃ ora tori confert poetaꝝ lectio: nec ab re/ cum p̃ximus sit oratori Poeta: ab eo siqdem in rebus sp̃us: in uerbis sublimitas: ĩ affectibus motus oĩs:

Homeri facundia

in p̃sonis decor petit̃. Vnde Homeꝝ oĩbus eloq̃ntiæ ptibus exẽpluꝫ & ortũ dedisse cõstat. Quis .n. Homero

Oratoris tria

p̃stan tior ad eloquendũ! quis itẽ aptior ad docendũ de lecta ndum/mouẽdũ! quæ sane tria orator etiã optimus

Poetæ añtq̃ oratores

q̃sq̃ efficere debet. Poetæ p̃terea priusq̃ oratores fuere

Homeri & hesiodi ætas

Apud Græcos .n. antiq̃ssimũ e doctis est genus poetaꝝ siquidẽ Homerus fuit & Hesiodus ante romã condita m

Sūmiq oratores ueterū poemata uel ad fidē causarū/uel ad ornamentū eloquētiæ assumpserūt. Vtq dicebat Cleantes/ quemadmodū spūs nr̄ clariorē sonū reddit quū illū tuba per longi canalis āgustias tractū patenti ore nouissimo exitu effudit: Sic sensus nr̄os clariores carīs arcta necessitas efficit. Eadē negligētius audiunt/ minusq percutiūt: quādiu soluta orōne dīt: ubi accessere nūi/ & egregiū sensū astrinxere certi pedes/ Eadē illa sententia uelut lacerto excussa retorquet. Facilius etiam inhærent audientiū meōriæ uersus numerosi: & ornati: & carmen cōpositū & orō cum suauitate capit mētes/ & quo uoluerit ipellit. Iure igit Socrates cōsulebat/ Homeri poetarū oim optimi diuinissimiq studiosos nō carīa solū: uerum etiā sensa pdiscere. Omēs. n. poetæ insignes nō arte sed diuino afflatu pclara poemata concinūt. Neq poeta prius canere pōt/ q̄ deo plenus/ & extra se positus/ & a mēte alienatus fuerit. Nā q̄diu mente quis ualet/ neq fingere carmīa/ neq dare oracula pōt. poetæ aūt nihil aliud sunt q̄ deorū īterptes: dū sunt furore correpti. Vergilius quoq nō minus orator/ q̄ poeta hēndus: in quo & tāta ornādi disciplina/ & tam diligens obsuatio Rhetoricæ artis ostendit: Est enim facūdia Mātuani multiplex & multiformis: & dicendi genus omne complectitur. Eius quippe Eloquentia nunc breuis/ nunc copiosa/ nunc sicca/ nunc florida est: nunc leuis/ aut torrens. Optime igitur Socrates in Minoe Platonis sic loquitur. Si modo sapitis diligenter cauere debetis ne Poeticum hominem in sensum aliquem habeatis: Poetæ nanque uim maximam in utranq partē & ad laudandum & ad uituperandum habent. hactenus de Poetarū facundia. ¶Sed quid de Moribus/ quā multa Poetæ dicunt/ quæ a Philosophis aut dicēda/ aut dicta sunt/ merito igit multi homerū philosophū fuisse psuadēt. nā modo stoicū illū faciūt: uirtutē solā probātem/ & uoluptates refugiētē: & ab honesto ne īmortalitatis qdē ptio recedētē: mō epicurū laudātē statū qetæ ciuitatis: nec īter cōuiuia cātusq uitā exigētis.

Carminū sen.

Homero studendum

Poetarū furor

Vergelii facundia

Socrates in Minoe

Homer. Phūs multiplex

Stoicū dogma

Epicuri dog.

Peripateticum dogma
Academ.dog.
Poetica pria quædam phia

Modo peripateticũ bonoꝝ tria gña inducẽtem modo Academicũ omnia incerta dicentem. Optime igitur an tiqui/primam quãdam phiam/poeticam esse asseruerũt quæ ab ineunte nos Aetate/ ad uiuendi rationes addu cat. quæ mores/ quæ affectiones edoceat: quæ res gerẽ das cum iucunditate præcipiat. Poetæ deniq; Philoso phis priores multo fuerunt: Et ante natũ Philosophiæ nomen pro sapientibus habebantur: Lactantio referen te. Posteriores etiam Strabone teste solum Poetam ip sum sapientem esse dixerunt: Quam ob rem Græcoꝝ ciuitates ab ipso primordio/ eorum liberos in Poetica erudierunt: non nudæ utiq; uoluptatis/ sed castæ mode rationis gratia. Multum & enim Poetarum auditoribus confert ad uirtutem/ ut locorum multorum & Militiæ & Agriculturæ gnari existant. ❡De Deo præterea: sine quo bonus esse nemo potest: Poetæ quid sentiunt? pro fecto quod nostra catholica fides: Ait nanq; Homerus: Deus æquus utrũq; respicit. Et Virgilius/ Rex Iupi ter omnibus idem. Et Syllius/ Mite & cognatũ est ho mini deus. De Deoꝝ etiã cultu quid item Poetæ docẽt? Nonne illud Homerus ait? Contemni numen olympi. Haud impune sinũt superi: scelera impia quanquam Di stulerint: culpas hominum grauiora morantur Suppli cia. Et illud: Dignus honos superum. Et illud: Nam ue reor mandata Iouis. Iure igitur Plato Homerum diui nissimũ/sapientissimũq; Poetam appellat. Iure Arcesila us Philosophus in dicendo grauissimus Homeri adeo studiosus erat: ut semper ante somnũ eius aliquid lege ret. Sed qd Maro? In primis uenerare deos. Et illud: Di scite iustitiã moniti & nõ temnere diuos. Quæ qdẽ uer bã nõ aurelius/ nõ hieronymus melius sanctiusue expli cuissent. Si Tibullũ inspicias: nõne illa & optĩa & sctĩssi ma uerba leges? Luce sacra rqescat humus rqescat arator Et graue suspenso uomere cesset opus: Omnia sint ope rata deo. Constat igit eloquentiã bonosq; mores poe tas efficere: itaq; toto pectore illis ĩcũbite adolescentuli.

Poeta solus Sapiens

Deũ iustũ esse

Dei iussa non spernenda

Arcesilaus Homeri stud.
Deos uenera.

Festa celebra.

Sic enim & Oratores & Philosophos hoc est Sapientiæ studiosos euadere dabitur. Unde & Socrates in Lyside Platonis ait: Sed iter, quod nunc ingressi sumus, Poetarum adminiculis peragendum: ii nanque nobis tanquam patres atque duces sapientiæ sunt: hæc ille: quibus & ipse plurima adderem ni stultissimum quidem esset docere quod nouerit ille quem doceas. sit ergo finis. Dixi.

Phūs .i. sapiæ studiosus

¶ Quidnam Poetica sit: Quod Poetæ officium: Quid Poema: quid item Poesis: quæ fuerint scribendæ poesi necessaria: qui poetici furoris effectus. quænam clarissimo poetæ sint oportuna & nccīa. De Carmine postea: eiusque uario gñe, & scriptoribus. De poeticæ facultatis cōmendatiōe: postremo Vergilianæ Aeneidos. Tit. x.



Iuinam Maronis Aeneida interpretaturus Viri clarissimi: Quidnam Poetica sit: quidue poema: quid item poesis: Quæ fuerint scribendæ poesi necessaria: qui poetici furoris effectus. quænam clarissimo Poetæ sint oportuna & nccīa: prius aperiā. De carmīe postea eiusque uario gñe, & scriptoribus: De poeticæ facultatis commēdatione: postremo Vergilianæ Aeneidos nō iniucūda, si uos & auribus & mēte attendere nō pigeuerit, dicā. ¶ Poetica igitur est fictæ ueræque narrationis congruenti Rhythmo uel pede cōposita metrica structura, ad utilitatem uoluptatemque accōmodata: Ideoque ait ille: Aut prodesse uolunt: aut delectare poetæ. Eorum aūt officium est in eo: ut ea, quæ gesta sunt uere, in aliquas species obliqs figuratiōibus cū decore aliquo cōuersa traducāt. ¶ Poema uero pars opis est: ut tregœdia: seu inuētio parua: quæ paucis uerbis exprimit: ut ī ludis Homeri. ¶ Poesis est cōtextus, & corpus totius opis effecti: ut Ilias Odyssea, Aeneis. In Poesi furor qdam reqrit: exqsite iueniēdi, atque dicēdi: seu scribēdi: quod īueneris: q mirabilis: qm paucis mētibus a natura ipa cōcedit: rarissimi sēp fuerūt poetæ

Poetica quid

Poema quid

Poesis quid

Poesi quæ necessaria

Hinc negat sine furore Democritus/ quenq̃ poetã magnum esse posse: Appellatur autẽ furor/quũ a corpore animus abstractus diuino instinctu concitatur: Nam ipsa musa(ut Platonicus socrates inquit)Poetas diuino instinctu concitat. omnes itaq; carminum Poetæ insignes non arte/ sed diuino afflatu præclara poemata canunt.

poetici furoris effectus

¶Eius deniq; poetici furoris sunt sublimes effectus: Vt puta/mentem in desiderium dicendi compellere: peregrinas & inauditas inuentiones excogitare: Meditatas ordine certo componere: Ornare compositum inusitato quodam uerborũ atq; sententiarum contextu: Velamento fabuloso atq; decenti ueritatẽ contegere. Præterea si exquirat Inuentio/ Reges armare/in pugnas deducere/ e naualibus classes emittere: Cælum/ terras/ & æquora describere. Actus hominum pro qualitatibus designare. Irritare torpentes: Desides animare: Temerarios retrahere: Sontes damnare: Egregios meritis extollere laudibus: Cæli siderũq; meatus: Ventorum fragrores & impetus: flammarũ crepitus sonoros: undarũ murmura/ mõtiũ celsitudines/ nemorũ umbras/ fluminũq; discursus celebri carmĩe ita apte describere/ ut ea ipsa oculis apparere uideantur.

poetæ quæ ua necessaria

¶Huic aũt Grãmaticæ pcepta/atq; Rhetoricæ maxĩe necẽa:quo laudabilis poeta existat: huic & Liberaliũ aliarũ artiũ/& moraliũ atq; naturaliũ saltẽ nouisse principia est necesse: Necnon uocabulorũ ualere copia:uidisse monumẽta maiorũ:Ac etiã meminisse nationũ historias: & regionũ orbis/æquorũ/fluminũ/ & montiũ dispositiones. Sũt pterea delectabiles naturæ artificio solitudines oportunæ: Hinc ait ille: Scriptorũ Chorus omnis amat nemus: & fugit urbem. Oportetq; animũ anxietate carere: oĩsq; acerbi expertem esse: Neq; eniẽ pauper & egenus sub Antro pierio cantare põt/ atq; æris inops:quo noctu atq; inter diu corpus eget: Vnde tunc solũ locus ingenio est: quũ solo carmĩe mens ipsa uexat̃ nec duplices curas admittit. Ideoq; optime scribit̃: Sint Mecœnates nõ deerunt

Flacce Marónes. Natura namq; ipsa nõ est ad contẽnu plãdũ sufficiẽs (ut Plinius inquit) sed & corpus sanũ esse oportet: & alimẽta, reliquũq; famulatũ adesse: iis absolutis, de carmĩe tanq; & reliquis differã: Attẽdite igr̃ uti hactenus uiri pstãtes. ¶ Carminũ studiũ antiquũ apud Hebræos fuisse apparet, q̃ apud Gẽtiles: siqdẽ Iob labores suos, atq; patiẽtiã Hexametro uersu Dactylo Spõdæoq; decãtat: Et Dauid lyrico carĩe utebatur. Sido aũt Ponti filia, Nerei neptis, neptuniq; soror, cuius ab ore sonora suauissimaq; uox pfluebat, prima Hymnos carminibus composuit. Recte igr̃ Cicero illa: Nec dubitari debet quĩ fuerint ante homẽrũ poetæ: quod ex his carminibus intelligi potest: quæ apud illũ, & in Phæacum, & in procorum epulis canunt. Lactãtius etiã scribit Poetas multo antiquiores fuisse q̃ historici, & oratores, & cetera gñra scriptorũ fuerint. Et Plynius de poematũ origine inquit magna q̃stio est: ante Troianũ bellũ pbãt fuisse: psam orõne condere pherecydes Syrus instituit tpe Cyri regis. historiã cadmus milesius. uersũ aũt heroicũ pythio oraculo debemus: nã cũ Apollo pythona delphis pptr ultõẽ mr̃is necasset: Accolæ carmẽ heroicũ hexametrũ initio sex spõdæis cõpositũ texuerũt: deiñ soluta spõdei altera syllaba, sic dãno tpis dactylũ suscepit. carmẽ hexametrũ latĩe pmus digne scripsit, Liuius is q Ro. gesta decẽ & octo cõplexus est libris: q & ãnales scribũt: q fere singulorũ ãnorũ actus cõtineãt. Carmẽ aũt dr̃ qcqd pedibus cõtinet: a cano q̃si canimẽ appellatũ. ¶ Elegiam pcipue scripserũt apud ro. ppertius. tibullus: & gallus, imitati græcos Callimachũ & philetã Estq; elegia carm̃ cõpositũ hexametro uersu, pẽtametroq; ad inuicẽ positis. ¶ Iãbicũ carmẽ maledicũ ab Iãbizin, q est maledicere, iuẽit Archilochus cõtra Lycãbẽ socerũ suũ. Cõpõit̃ uero Iãbicũ carm̃ plerũq; trimetro uersu, & epodo seqnte: Epodos. n. pprie dr̃ uersiculus seqns: ab epado: q est accino licet Epodi uersus dicãt̃ metro quolibet scripti & sequẽtes Clausulas habẽtes particulares ipsorũ uersuũ q̃les sũt epodi horatii ubi singlis uersibus singlæ clãlæ adiiciũt

Naturæ necia
Carium studi. quando
poetas ante homerum
prosæ inuẽtio
pherecydes
Historia pria
Cadmus
Versus heroi.
Carmẽ hexa.
Liuius poeta
Annales cur
Carmen quid
Elegia
Iambicum carmen
Archilochus
Epodos
Epoda

Dicunturq; Epodi Synecdochicos a partibus uersuum: quæ legitimis & integris uersibus Epadontæ. i. accinuntur. ¶ Satyram Carmen apud Romanos maledicū: & ad carpenda hominum uitia compositum: Scripserunt Lucilius/Horatius/Persius/Iuuenalis. Olim etiā Carmē quod uariis poematis constabat/ Satyra uocabatur: quales scripserūt Pacuiius/ Ennius/ Varro: Erat autē Satyra tota nostra Fabii tpe. ¶ Bucolica quæ dicunt poemata carmine pastorali composita/digne scripserūt Theocritus & Virgilius. ¶ Tragœdiam/ quæ est Heroicæ fortunæ in aduersis conphensio/primus in lucem Aeschylus ptulit: sed longe clarius illustrauerūt id opus Sophocles atq; Euripides: Thespis autē genere Atheniēsis primus inuenit Tragœdiā: Ait eni3 Horatius: Ignotū tragicæ genus inuenisse camœnæ Dicit: & plaustris uexisse poemata Thespis. Plato autē ī Minoe sic Tragœdia uero hic est antiquissima: nec ut pleriq; putant a Thespide/aut a Phrynico sumpsit initiū. Sed si pscrutari uolueris/ reperies tragœdia3 longe antiquius huius ciuitatis inuentum: Hæc aūt ex uniuersa poesi populū uehementer oblectat: atq; allicit auditores. Tragœdia3 e L t'nis scripserūt Actius/ atq; Pacuuius clarissimi grauitate sententia3q; uerborumq; pondere. Vari Thyestes Græco3q; cuilibet cōparari poterat: Scripsit & Medæam Ouidius magno ingenio:qua caremus. ¶ Comœdiā/ quæ est priuatæ ciuilisq; fortunæ sine periculo uitæ conpræhensio: primi scripsere Susarion & Magnes: Secunda Aetate Aristophanes/Eupolis/Cratinus: Tertia Menander. e latinis postea decem: quo3q; Plautus & Terentius ad nos uenerūt. ¶ Nouē uero Lyricorum apud Græcos longe Pindarus Princeps:apud Latinos Horatius fere solus legi dignus: nā insurgit aliqn: & plenus est iucunditatis & gratiæ. Hæc de uario carminu3 genere/& Scriptoribus. ¶ Quam uero Poeticæ facultas laudabilis sit & uerecunda Pho3q; etiam studio liquet: Constat enim Solonem ex Amplissimo Legum Latore Scripsisse de Salamina

Satyra

Bucolica

Tragœdia

Thespis

Comœdia

Pindarus

Horatius

Poeticæ cōm.

Solon-carmīa

Atheniensiumq; rep. ad quinq; milia uersuum: Iambos quoq;/ & Epodos. Aristoteleʒ artis poeticæ duos libros de poetis tres cõposuisse: Elegias item/ & carmina mul ta ad democritum. Et Platonis etiam nunc Epigrãmata extant. Arcesilausq; Phũs itẽ cuʒ ĩ dicendo grauissimus esset/ & in scribendo satis exercitatus poeticæ quoq; op am dedit. Amplectebaturq; homeꝝ maxime ex omni bus: Cuius adeo studiosissimus erat: ut semp ante som num eius aliquid legeret: Pindaꝝ quoq; dicebat esse in primis idoneum implere uocem/ uerborumq; ac nomi num copiam ꝑbere. Legimus & Chrysippum quingen tos uersus quotidie scribere solitum. Scripsit & Cicero noster Eloquentiæ fons peremnis carmina plura: Ait enim ad Lentulum: Scripsi etiam carmina quædam: nã ab orationibus disiungo me/ referoq; ad mansuetiores musas: quæ me maxime/ sicut iam a prima adolescentia delectarunt: Et infra: Scripsi etiam uersibus tres libros de temporibus meis: quos iaʒ pridẽ ad te misisseʒ si esse edendos putassem. Sunt eniʒ testes & erunt sempiterni meritorum erga me tuoꝝ/ meæq; pietatis. Patet iis igi tur/ q̃ laudabilis & ueneranda sit ipsa poeticæ facultas: Quam quidem sapientissimi/ qui de poeticis quicq̃ elo cuti sunt: primam quandã Phiam esse asserunt: Nos .n. ad uiuendi rationes adducit: mores & affectiones edo cens: resq; gerendas cuʒ iucunditate præcipiens. Meri to ergo posteriores solum poetam ipsum sapientẽ esse asseruerunt. Inde Græcoꝝ ciuitates ab ipso primordio eorum Liberos in Poetica erudierunt: non nudæ utiq; uoluptatis/ sed castæ moderationis gratia. Summiq; ora tores ueterum poemata/ uel ad fidem causarum/ uel ad ornamentum eloquentiæ assumunt: Libri etiam Philo sophoruʒ sententiis poetarum referti sunt passim: q; & Philomythes idest fabularuʒ amator/ est aliqualiter phi losophus: quia fabula ex mirabilibus constituitur: Ari stotelis quoq; sentẽtia. Itaq; optimi adolescẽtuli uelis & equis/ ut aiunt haurieda sunt poetaꝝ sensa/ & eloquẽtia:

Aristoteles. De Poetis.

Arcesilaus homeri studiosus

Pindarus

Ciceronis carmina

Poetica prima phia.

Poeta solus sapiens

phylomythes Fabula ex quibus

præsertim Vergilii latinorum poetarum principis: qui ingenio non minor Homero: nam illi maxime accedit: tum rerum copia/tum eloquentia: q̄ nunc breuis/nunc copiosa nunc sicca/nunc florida/nunc simul oia/interdū lenis aut torrens est. Sicut & terra ipsa: quæ hic læta segetibus & pratis: ibi siluis & rupibus hispida: hic sicca arenis: hic irrigua fontibus: pars uasto aperit mari: Non mortali ergo sed diuino ingenio ipsam rerum omniū matrem naturā ducem secutus est: ¶ Aeneidē ipsam ab Homero sibi mutuatus est: Errorem primum ex odyssea: Deinde ex Iliade pugnas. Sed cum apud homerum prius Iliacum bellum gestū sit: Deinde reuerteti de Troia error conti gerit Vlyssi: apud Maronē uero Aeneæ nauigatio processerit bella/quæ postea in Italia sunt gesta: operis ordinē necessario rerum ordo mutauit. Rursus Homerus quum uellet iniquum Græcis Apollinē facere/causam struxit de sacerdotis iniuria. hic ut troianis Iunonem faceret infestam/causarum sibi congeriē comparauit. Nec illud prætereundum q̄ cum primo uersu pmisisset producturum sese de Troiæ littoribus Aeneā/ Troiæ qui primus ab oris Italiam fato pfugus/lauinaq; uenit Littora: Vbi ad ianuam narrādi uenit/Aeneæ classem nō de troia/sed de Sicilia pducit: Vix e conspectu siculæ telluris in altum uela dabant læti. Quod totum homericis filis texuit. Ipse enim uitans in poemate historicorum similitudinē: quibus lex est/incipere ab rerum initio/ & continuam narrationē ad finem usq; pducere: Ipse poetica disciplina/a rerum medio cœpit: Et ad initium post reuersus est. Ergo Vlyssis errorem non incipit ab troiano littore describere: sed facit eum primo nauigantem de insula Calipsonis/& ex persona sua perducit ad Phæacas. Illic in Alcinoi regis conuiuio narrat ipse quēadmodum de Troia ad Calipsonem usq; peruenerit: Post Phæacas rursus ulyssis nauigationem usq; ad Ithacam ex persona ppria describit. Quem secutus Maro Aeneam de Sicilia pducit: cuius nauigationem describendo perducit ad Libiam. Illic in

Vergilii eloquentia

Aeneidos textura

Historiarum lex

Poetarū lex.

Vlyssis error.

Aeneæ error.

cōuiuio Didōis narrat ip̄e æneas usq; ad Siciliā de troia
nauigationem suā: & addidit uno uersu/quod iam copi-
ose poeta descripserat: Hinc me digressum uestris deus
appulit oris. post Aphricā quoq; rursus poeta ex perso
na sua iter classis usq; ad ipsaz describit Italiam: Interea
mediuz æneas iam classe tenebat Certus iter. Omnē de
niq; opus Vergilianū uelut de quodā Homerici operis — Aeneidos
speculo formatum est. Locos utriusq; qui uolet cōferat: — speculum
Acriter enim in homerū oculos intendit/ut æmularetur
eius non modo magnitudinē sed simplicitatē & p̄stanti
am orationis & tacitā maiestatem. Qui Vates uenera-
bilis uarie modo uerba modo sensus figurando multuz
latinitati leporis adiecit: Multiplicemq; doctrinā in ope
suo miscuit: ut etiā ipsemet asserit: Ipsius enim Maronis — Maronis ep̄la
epistola/ qua cōpellat Augustum ita incipit. Ego uero — ad Augustuz.
frequētes a te lr̄as accipio: & infra de ænea quidē meo si
me hercle iam dignum auribus haberem tuis/ libenter
mitterē: sed tanta inchoata res est/ ut pene uitio mentis
tantum opus ingressum mihi uidear. Cum præsertim
(ut scis) aliaquoque studia ad id opus/ multoq; potiora
impertiar. Nec iis Vergilii uerbis copia rerum dissonat:
quam pleriq; pedibus illotis prætereunt: tanq̄ nihil ultra
uerbor̄ explanationez liceat nosse Grāmatico. Sed nos
minime patiemur abstrusa esse Adyta sacri Poematis:
arcanor̄ enim sensuum penetralia recludemus. Dixi.

¶Amicitia quid. Amicitiam morum similitudine maxi
me contrahi inter bonos tantum. Amicitiam in cōmu
nicatione & societate consistere. Quantū sit in Amici-
tia iucūditatis & cōmodi. Amicis quatenus obsequēduz
Amicitiā omnibus rebus humanis anteponendā. Tit. xi.


Aelium. M. Tullii De Amicitia disputātem
expositurus p̄stantissimi uiri: Quid de ami
citia sentiā prius ī mediū ferre cōstitui; quo
cognito/ardētius qlibet opus ipsum iucun-
dū simul & utile/audire & itelligere studeat.

Quo in opere Ciceronez nrm Theophrastū maxime imitatum esse cognoscite: Virum quidem in Phia pipatetica modestissimum & doctissimū. Intendite obsecro Res eniz erit cognitu necia: & auditu dignissima. Primū uero quid amicitia sit uobis aperiam: Deinde mox simitudine maxime cōtrahi inter bonos tantum: Eamqꝫ in coicatione & societate consistere: Postliæc quātūz sit in amicitia iucunditatis & cōmodi: Postremo amicis quatenus obsequendū: Amicitiamqꝫ omnibus rebus humanis anteponendam. ¶Est igitur Amicitia uoluntas erga aliquem bonaꝝ rerum, illius ipsius causa quez diligit cum eius pari uoluntate. Vel sic: Est Amicitia nihil aliud nisi oim diuinarumqꝫ humanarumqꝫ reꝝ cū beniuolentia & charitate summa consensio: mutuam nāqꝫ beniuolentiam amicos hr̄e oportet. Inde Chrysippus amorē esse aiebat amicitiæ nodum: Inde etiam legimus, Amicum esse, qui mihi usu uitæ similis pio ac fideli amore coniūgitur. ¶Similis aūt ppterea qm̄ nihil est, quod ad se rez ullam tantum alliciat atqꝫ attrahat: q̄ ad amicitiā similitudo. Hinc Empedocles, Simile appetere simile dicebat: & æqualis æqualem delectat: Et simile simili necio semper amicum est, autore Pho. Boni aūt tm̄modo similes sibi sunt & amici: nō impbi: cum ii sæpe perturbent: & instabiles sint. Sapientes uero semp quieti sunt: pturbatione uacantes. Solus ergo bonus, soli bono amicus: Malus aūt nec bono: nec malo unq̄ re uera amicus efficitur Ex conueniētia deniqꝫ cōplexionuz & moꝝ inter mortales amor & aicitia generat. Quæ quidez uera (ut diximus) pterq̄ inter uirtute præditos esse nō potest. Bonorum itaqꝫ amicitia, similiumqꝫ uirtute, pfecta est amicitia quos sibi inuicem studioꝝ similitudo deiqꝫ timor cōciliat. At Vana est illa quā utilitas rei familiaris, quam præsentia tantum corporis, quam subdola & palpans adulatio conciliauit. Qui enim sunt ob utilitatem amici: ii simul cum utilitate dissoluuntur: qꝛ sese non mutuo, sed utilitatem amant Vulgi more & Meretricum: qui eos

Margin notes: Amicitia quid · Amor · Amicus quis. · Similitudo · Bonus soli bono amicus. · Amicitia unde fit · Aicitia uana

amicos esse putant, qui utiles fuerint. Sed reuera negociatio non amicitia est: quæ ad cõmodum accedit. Qui uero sunt ob uirtutem amici proximi sunt ad beneficia sibi mutuo conferenda, id enim est & uirtutis & amicitiæ. Ad amicum nanq̃ & bonum spectare cẽsent, egentibus opem ferre: q̃ inopi beneficiũ bis dat: qui dat celeriter. Vtq̃ anima una & amicorũ oĩa sunt communia. Quodquidẽ Pythagoras primus omniũ dixit: Nã erat conciliãdæ amicitiæ in primis studiosissimus. Itaq̃ amici est conferre potius, q̃ accipere beneficia: Magisq̃ honestum amicis q̃ alienis largiri: beneficiaq̃ conferre: p̃sertim in eos, qui indigent: & antea quam illi requirant: q̃ bis est gratum quod opus est, si ultro offeras. Amicos q̃ res optimæ parant: aduersæ p̃bant: Nec licet, Sibi diuites esse, amicis pauperes. Cum idcirco amicitiæ cõparentur: ut cõmune cõmodũ mutuis officiis gubernẽt Nec solum nobis diuites esse uolumus: sed liberis, p̃pinquis, amicis: Ideoq̃ Diogenes aiebat: Manus ad amicos non complicatis digitis extendi oportere. Cæterũ uti neq̃ sine amicis esse conuenit: ita neq̃ nimium multos habere amicos: multis enim uicissim succurrere laboriosũ est: neq̃ ad hoc agẽdũ facultates ipsæ sufficiũt. Optĩe igĩ Anacharsis melius est inq̃t amicũ unũ egregium q̃ gregarios multos possidere. Qui. n. multos aĩcos habẽt & omnibus sese fãiliariter offerũt: ii nemini amici esse uidenẽ: nisi ciuiliter, quos & placidos appellãt. ¶Congressiões aũt ad aĩcitiam maxĩe spectare, & ip̃am efficere uidenẽ: Nihil est. n. tam p̃priũ amicorũ q̃ cõuersari, simulq̃ uiuere. Neq̃ est ullũ certius aĩcitiæ uinculũ q̃ cõsensus & societas cõsiliorũ & uoluntatũ. Amicitia igitur in cõmunicatione, societateq̃ cõsistit: Itaq̃ si diuturna absentia fuerit, amicitiæ quoq̃ uidetur obliuionem efficere: Propterea dictum est: Taciturnitas amicitias complures dissoluit. Propterea quoq̃ Aĩcorũ præsentiũ & absentiũ æque meõres debere esse aiebat Thales. Quorũ q̃dẽ p̃ñtia iucũda est in utraq̃ fortuna: nam leuantur ip̃i

Amicorum beneficia

Amici sunt pauci

Amicitia cõsistit societate

Taciturnitas

Amicorum præsentia

dolentes condolentibus ipsis amicis: est igitur amicos aspicere iucundum praesertim ei, qui calamitatibus premitur. In prosperis etiam voluptate affici mur: quod in ipsis bonis una laetantur. Verum dicebat Democritus Amicos secundis in rebus adesse aduocatos: In calamitatibus autem sua sponte atque inuocatos. Id uero quod omni tempore diligit qui amicus est, sincerusque fidei: isque praecipue in aduersis rebus cognoscitur: in quibus quicquid praestatur, totum a constanti beniuolentia proficiscitur: Constanti autem, quia beniuolentia amicitiae quidem est similis: non tamen est amicitia: fit enim beniuolentia & ad ignotos, & latens: Amicitia uero non fit. Cuius sane uinculum potens est & praeualidum: neque ulla ex parte uiribus sanguinis inferius. Quantique est sine anima corpus: Tanti est sine amicis homo: Nam sine illis, omnis cogitatio taedium, omnis operatio labor, omnis uita tormentum foret: Et sine amicorum solatio uiuere, esset mori: nihil enim aeque oblectat animum quam fida & dulcis amicitia: Hinc secundus Philosophus ab Hadriano Caesare interrogatus, quid esset amicus: Respondit, desiderabile nomen: infelicitatis refugium: amanda felicitas. Summum quippe genus felicitatis est habere amicos: ut habeas cui pectus tuum apias: cui arcana communices: cui cordis secreta committas. Qui in prosperis gratuletur: in aduersis contristetur: solamenque ferat. Amicitia siquidem propria quadam sua uirtute aduersa temperat, tristia iucunda reddit. Vnde excepta sapientia, nil melius, nil uberius, nil iucundius: Amicitia datum est homini, ex omnibus rebus: quas ad beate uiuendum: sapientia comparauit. Ideoque recte scribitur: Solem e mundo tollere uideri: qui amicitiam e mundo tollunt. Cum res sit in uita summe necessaria: nemo enim habens caetera bona sine amicis expeteret uiuere: Et locupletes & in principatu potestateque constituti plurimum amicis indigere uidentur. Quo nanque pacto sine amicis custodiri conseruarique possent: qui quo magis abundant, eo magis periculis subiacent? Fidus uero amicus protectio fortis quod Amicus est alter ipse, ut ille inquit. Idcirco qui ueri

Beniuolentia.

Amicitiae uinculum.

Amicus quid.

Amicitiae bonum

Amicus quis.

Amici sunt/libenter couen iūt: familiariter couersant: ut q̄ ait Xenophon: quoties uerus amicus aut noctu aut interdiu uocat: nunq̄ ñq; negocii excusatione utitur neq; pedetētim unq̄ paret: sed semp cursim. Qua de re ut alibi legimus. Neq; exercitus/neq; thesauri sunt regni praesidia: sed ueri amici: quos neq; armis cogere/ neq; auro parare queas: sed officio fideq; parant. Itaq; quoniā res humanae fragiles sunt & caducae/semp acquirendi sunt: quos diligamus & a quibus diligamur. Charitate eniꝫ beniuolentiaq; sublata: oīs est sublata iucunditas. ℭCumq; sit p̄standa amicis fides/ omnibus uero aequitas: Sit etiā bonoꝝ hominū/neq; ipsos delinquere/neq; amicos permittere praua opāri. Et amicus si uerus est/ nihil occultat: Debet amicus amicū monere clam tamē: laudareq; palam: Est & obiurgationi semp aliquid blande admiscēdum: nc iactantiae studio/sed charitatis affectu fieri uideatur: itaq; nec aspera sit admonitio/nec sit obiurgatio cōtumeliis/ sed beniuolentiae charitate referta. ℭSed nec debet amicus turpia petere & inhonesta: nec illi obseq̄ndum est ullo pacto quum in amicitia quae honesta non sunt postulabuntur: quia religio & fides anteponenda ē amicitiae. Quod certe P. Rutilius maxime indicat: Cū enim amici cuiusdaꝫ iniustae rogationi resisteret: Atq; is per summā indignatōeꝫ dixisset: Quid ergo mihi opus est amicitia tua: si quae rogo non facis? Respondit: Imo/quid mihi tua: si p̄pter te aliquid inhoneste facturus sum? Et Pericles ille Atheniensis egregius Vir Ingenio bonisq; omnibus Disciplinis ornatus/ Quum Amicus eum rogaret: Vt pro re causaq; eius falsum deieraret: Eiusmodi ad eum uerbis usus est: Opus est me Amicis commodare: Sed usq; ad Aras: Verumtamen ut alii scribunt/ Parua & tenuis uel Turpitudo/ uel infamia/ subeunda est: Si ea re magna utilitas Amico quaeri potest: Rependitur quippe & Compensatur leue Damnum Delibatae Honestatis/ Maiore alia grauiore q̄ in Adiuuando Amico (Si Amicus Est) Honestate.

Amicum monere

Aīcis q̄tenus obsequenduꝫ.

P. Rutilius

pericles

Amicis quatenus obsequenduꝫ.

Amicitiam omnibus anteponēdā Socratis dictū

¶Deniq; nihil est tam naturæ aptum/tamq; cōueniēs ad res uel secundas uel aduersas/ quam amicitia. Quæ uidentur utilia/honores/diuitiæ/uoluptates/ cæteraq; generis eiusdem amicitiæ nunq̄ anteponenda sunt. Quod quidem & Socrates edocet:ubi ait: Quidā equos desiderant:aliqui canes: alii aurum:honores alii: hæc equidē paruifacio: nec multū ista me mouent: Acquirendorū aūt amicorū desiderio flagro: quare amicū bonum habere malim q̄ Darii aurum. ¶Hæc hactenus de Amicitia diximus:ut breuius nosceret/quanta sit uis illius. quā Lælius Profusius disputādo longe maiorē ostendet. Audienda est igitur attentis auribus ac mente illius tota de amicitia disputatio: Ut quisq; in ea re/& cautior/& diligentior fiat: q nulla pusilla domus/ quæ multos recipit amicos ut ille inquit. Dixi.

¶De.C.Lælio: & C.Fānio: & Q.Mutio Scæuola. Deīceps Aīcitiæ pcepta seriatī in Lælio descripta. Tit.xii.

Lælius Scipio



Aius Lælius: & P. Aphricanus ī primis eloq̄ntes fuerūt:quorū quidē extabant olī orationes. Dicēdi aūt laus fuit in Lælio illustrior: qui certe delectabat magis antiquitate/ & uerbis priscis/ q̄ Scipio. Utq; ex bellica laude aspirare ad aphricanū nemo potest:ī qua ipsa egregiū uiriatico bello repimus fuisse Læliū. Sic ingenii/lrārum/eloquētiæ/sapientiæ deniq;/& si utriq; primas/priores tñ deferunt Lælio. Hæc & plura de Lælio scribit Cicero in libro de Claris Oratoribus. ¶Cur aūt Lælius sapiens pcipue appellatus fuerit:non ab re hic quoq; apsendū mihi esse uidet. Romani quidē quātū uicini agri hostibus adimebāt/partim uænundare/partī in publicū redigere ac egenis ciuibus p modica pensione utendū tradere cōsueuerunt. Sed cum īcœpissent diuites eas pēsiones augere: pauperesq; excludere: Lata est lex: quæ supra quinq̄ginta agri iugera ciuē romanū hēre phibebat.

Lælius cur sapiens

Agri hostium

Iugera .D.

At eā res paucos annos aduersus locupletes auxilio fuit: Nam primo subditis ad conducendū psonis fraus legi fiebat: deinde apte iam p se ipsos diuites ꝓpriis nominibus occupare agros cœperunt. Ita ergo exagitatis hoībus neq͂ militiæ dare nomina/neq͂ filios extollere cura erat: eoq͂ processura uidebat̃ res: ut breui exhausta liberoꝝ multitudine seruis ac barbaris: per quos diuites colebant agros: tota Italia compleretur. In hac igitur parte reip. primus .C. Lælius Scipionis amicus succurrere instituit: Sed aduersante locupletum factione ueritus turbationē atq͂ discordiā ciuitatis/ab incœpto destitit: Ob eamq͂ rē sapiens est postea uocitatus. At uero Tyberius Gracchus/ ut primū tribunus plæbis creatus est/eā actionem suscæpit. Hæc Plutarchus ī uita Gracchoꝝ. ¶ De Caio aūt Fannio/ & Mutio Scæuola Cicero quoq͂ de claris oratoribus meminit. legimus itaq͂ ibi duos fuisse .C. Fannios: quoꝝ .C. Fannius Caii filius: qui Cōsul cū Domitio fuerat: unā orationē de sociis & noīe latino: cōtra Gracchū reliquit: sane & bonā & nobilē. nec uns q̄ habitus est elinguis: nam & causas defensauit: & Tribunatus eius arbitrio & auctoritate. P. Aphricani gestus non obscurus fuit. ¶ Alter aūt .C. Fannius Marci filius: Lælii gener/ & moribus & ipso genere dicendi durior Soceri instituto. Quē soceꝝ/quia cooptatus in Auguꝝ collegiū non erat: non admodū diligebat. pſertim cum ille .Q. Scæuolam sibi Fannio minorē natu generꝝ prætulisset. Cui tamen Lælius se excusans/nō genero minori dixit/se illud: sed maiori filiæ detulisse. Is tamē Fānius instituto Lælii panætium audierat: Eius omnis in dicendo facultas: historia cuius non ineleganter scripta perspici potest: quæ neq͂ nimis est infans: neq͂ perfecte diserta. ¶ Mutius uero Augur oratoꝝ in numero nō fuit: sed iuris ciuilis intelligētia atq͂ omni prudentiæ genere pstitit. ¶ Fuit eodē tpre .P. Mutii filius & .P. Crassi oratoris frater .P. Scæuola/ Iuris quoq͂ Ciuilis peritissimus ¶ Reliquum est: ut amicitiæ præcepta seriatim in Lælio

Lælius cur sapiens

.C. Fānii duo

.C. Fannius gener

Mutius Scæuola

Aīcitiæ pcepta in Lælio

a Cicerone descripta hic referatur. Scribit igitur in Lælio. M. Tullius/ut Amicitia omnibus rebus humanis anteponatur: q nihil est tam naturæ aptū/tam cōueniens ad res/uel secūdas/uel aduersas. Nec posse nisi in bōis amicitia esse. Diffinit inde quid sit. Amicitia: inqt enim Est aūt Amicitia nihil aliud/nisi omnium diuinarum humanarumq rerum cum beniuolentia & charitate summa cōsensio. Scribit item q Virtus Aīcitiā gignit & cōtinet: Nec sine Virtute Amicitiam esse ullo pacto posse: Ostēdit & multas in amicitia ēē oportunitates seu cōmoditates & Fructus tum in prosperis rebus/ tum aduersis. Nam quo quo te uerteris præsto est: itaq non aqua non igni non aere/ut aiūt pluribus locis utimur q̄ amicitia: Quocirca & absentes adsunt: & egētes abundant: & imbecilli ualēt. Remota autē ex natura rerum beniuolentiæ coniunctione/nec Domus ulla nec urbs stare poterit: Nec agri quidem cultus permanebit. Quod si minus quidem intelligitur quanta uis amicitiæ/ concordiæq sit: ex dissensionibus atq discordiis pcipi pōtest. Quæ eniz domus tam stabilis/ quæ tam firma ciuitas ē: quæ nō odiis atq dissidiis funditus possit euerti: ¶ Explicat inde/Num pp ter inbecilitatē atq inopiā/ & indigentiā desideranda sit aīcitia: ut in dādis recipiēdisq meritis. Asseritq amorē ex quo aīcitia est nominata principiū esse ad beniuolentiā coniungendā: in qua nihil fictum/nihil simulatū/sed oīa uera esse debēt. Quæ ppter a natura potius q̄ ab inbecilitate & cū utilitatis orta uidet aīcitia primum ex ea charitate: quæ ē inter natos & parētes: deiñ quū morum similitudo & uirtutis/& pbitatis lumē aliquod apparuerit. Nihil est eniz amabilius uirtute/nihil quod magis alliciat hoīes ad diligēdū. Vnde & ppter uirtutē/ quos etiam nūq̄ uidimus/ quodāmodo diligimus. Confirmatur autē amor & bñficio accepto/& studio pspecto/ & cōsuetudine. ¶ Narrat postea qbus caūs aīcitia dissolui soleat: Sunt/n pluresinā uel idē utriq nō expedit: uel de rep nō idem sentiūt: uel aduersis rebus/uł ætate crescēte hoīm mores.

Amicitia in bonis
Amicitia quid
Virtus
Amicitiæ commoda
Odia
Amicitia cur optanda
Amor
Amicitia ab natura
Virtus
Amoris robora
Amicitiæ Dissolutio

mutanť uel honoris cōtentiōne/ pecuniæ uel cupiditate Aut quū aliqd ab amicis/quod rectū nō esset postularet: ut scilicet aut libidinis ministri: aut adiutores essent ad iniuriā: quod quidē iniquū est. Ab amico eniʒ petere nihil debemus unq̄: quod cōtra fidē/cōtra iusiurandū contra remp. esset. Itaq; neq; rogare res turpes/ neq; facere rogati debemus. Sed ab amicis honesta petamus: Amicoꝝ causa honesta faciamus: Neq; expectemus quideʒ dū rogemur: sed studium semper adsit: cunctatio absit ℭHis latius disputatis arguit Lælius illos: qui dicebāt fugiēdas esse nimias amicitias: ne aliēis curis iplicarentur sed aius securitate fruaťur: q̄ caput est ad bñ uiuendū. Concluditq; nihil esse tam absurdū/q̄ delectari multis inanibus rebus ut honore/ut gloria/ut edificio/ut uestitu/cultuq; corporis/ Amico aūt uirtute pdito/ eo q uel amare/ uel redamari possit/ nō admoduʒ delectari. ℭDānat ēt illos: qui utilitatis gratia amicitias appetēdas cēsent. Cuʒ potius natura ipsa/ & uirtutis apparentia sint appetendæ Nec enim tā utilitas parta p amicū/q̄ amici amor ipse delectat. ℭCōstituit iñ q sint in aīcitia fines/ & q̄si termini diligendi: itaq; iis finibus utendū arbitrať: ut cū emēdati mores aīcoꝝ sint: tū sit inter eos oīum reꝝ consilioꝝ & uoluntatū sine ulla exceptiōe cōmunitas. ℭIubet post ea firmos & stabiles & cōstantes in aīcitia eligēdos: Cuius stabilitatis cōstātiæq; firmamētuʒ fides est: nihil.n. stabile ē quod infidū est. ℭAddit pdictis/ ne crimibus aut inferēdis delecteť aīcus: aut credat oblatis. ℭSit ēt cuʒ aīco suauitas qdā sermonū: atq; moꝝ: tristitia in oī re & seueritas absit: nec noui aīci ueteribus anpōāť: ut æqs uetulis teritos aīponeř solemus. nō.n. aīcitiaꝝ ēē dēt/ sic aliaꝝ reꝝ satietates. nec tñ noui aīci aōre digni rpudiādi sūt: s uetustas suo loco cōsuāda ē. ℭDēt itē aīcus supior par esse īferiori: ut se nūq̄ inferioris ordinis amicis anteponat: Sed illorum augeat opes: Eisq; Honori sit & Dignitati: Nec inferiores dolere debent: Se a suis Amicis/aut Ingenio/ aut Fortuna/aut Dignitate supari:

amico petēda

Amicitias nō fugiēdas

Aamicitia utilitatis

Amoris termini

Amici eligēdi

Crimina

Sermones noui

Superior Inferior

Turpia

Inimicitiae

Commoda

Ama ut ametis

Honesta

Vita solitaria

Monita

Adulationes

Virtus

Aequales

Acquirendi amici

¶Quum uero amicus ipse turpia infamiã cõtrahentia cõmisit: eius amicitia leuanda est remissione usus: Cauẽdumq; erit ne non solum amicitiae depositae, sed inimicitiae etiam susceptae esse uideantur. Nihil enim turpius: q̃ cum eo bellum gerere: quicum familiariter uixeris. Quã ob rem primũ danda opera est: nequa aĩcorum dissidia fiant. Sin tale aliquid euenerit: ut extinctae potius amicitiae, q̃ oppressae esse uideanẽ. ¶Arguit inde illos, qui amicos cõmodi quidẽ & utilitatis gratia quaerunt: carent .n. illa naturali & per se expetenda amicitia. q̃ naturaliter in homine fit: ut & se ipse diligat: & alterũ acquirat: cuius animũ cum suo cõmisceat: ut efficiat pene unũ e duobus. ¶Damnat etiam qui amicum habere talẽ uolũt: quales ipsi esse nõ possunt. quaeq; ipsi nõ tribuũt amicis haec ab iis desiderant. ¶Iubet deinceps q̃ nunq̃ nisi honestum & rectũ alter ab altero postulet: nã maximũ ornamentum amicitiae tollit: qui ex ea tollit uerecundiam. ¶Docet postea sine amicitia uitam esse nullã: hinc etiã immanissimus pati nõ possit: ut non acquirat aliquem apud quem euomat uirus acerbitatis suae. Et siquis caelũ ascẽdisset siderumq; pulchritudinẽ pspexisset: insuauis illi admiratio illa fuisset: nisi aliquẽ, cui narraret habuisset: Sic natura solitariũ nihil amat. ¶Sunt praeterea & monendi saepe amici: & obiurgandi: & haec accipienda amice: quum beniuole fiunt. ¶Damnantur illi: qui & ueritatem aspernantur: & in fraudem obsequio impelluntur Assentationemq; & blãditias atq; adulatõem recipiunt: qbusquidẽ nulla pestis in amicitia maior esse põt: quae tota ueritate ppẽdit: Nec qd turpius q̃ illud: quod ne accidat lõge cauendũ est. ¶Cõcludit inde uirtutẽ & cõciliare aĩcitias & cõseruare. Maxĩeq; optãdũ esse: ut cũ eq̃libus possis uiuere: qbuscũ tanq̃ a carceribus emissus sis cũ iisdẽ ad calcẽ ut dr̃, puenire. Et qm̃ res huĩae fragiles, caducaeq; sũt: semp aliquos acqrẽdos, quos diligamus: & a qbus diligamur: q̃ charitate, bñiuolẽtiaq; sublata, ois ẽ e uita sublata iucũditas. haec & plã in Laelio. M. Tullius.

¶ De Duobus Persiis. Titulo Decimo Tertio.



Ersius Flaccus Satyricus Poeta Volaterris natus est: Anno Dominicae salutis Tricesimosexto. Anno uero Tyberii Vicesimo primo. obiit tamen Anno aetatis suae. xxix. Neronisq anno. ix. sequnti uero ãno Lucanus poeta in Pisoniana Coniuratõne deprehensus brachium ad secandas uenas medico praebuit. Quae certe omnia Eusebius memoriae tradidit. Quintilianus item Libro decimo & illa scribit: Multum quoq & uerae gloriae: quis uno libro: & Persius meruit. Martialis etiam ad Pudentem. Libro quarto. Saepius in libro memoratur Persius uno: Quam leuis in tota Marsus Amazonide. Vtq ipsemet Satyra quinta testatur: & Purpura & Bulla depositis in Morali Philosophia Romae Cornuto praeceptore usus est. Scribit autem illa: Quum primum pauido custos mihi purpura cessit: Bullaq succinctis laribus donata pependit: & infra: Me tibi supposui, teneros tu suscipis annos: Socratico Cornute sinu. &c.

persius Satyricus

Lucanus

persius

Cornutus

¶ Fuerat autem longe prius & alter Persius suae aetatis hominum doctissimus. Crassus enim Orator in prologo Libri Secundi de Oratore Ciceronis ad. Q. Fratrem: sic loquitur Catulo. Id me non modo non hortatur ad disputandum: sed etiã deterret. Nam ut Caius Lucilius homo doctus & perurbanus dicere solebat: ea quae scriberet: neq se ab indoctissimis: neq ab doctissimis legi uelle: q alteri nihil ĩte ligerẽt: alteri plus fortasse q ipse: de quo etiam scripsit: Persium non curo legere, haec: fuit enim ut noramus omnium fere nostrorũ hominũ doctissimus: Laelium decimũ uolo: quẽ cognouimus uirũ bonũ: & non Illitteratum: sed nihil ad persiũ. Sic ego si iam mihi disputandũ sit de his nostris studiis nolim equidem apud Rusticos: sed multo minus apud uos. Malo enim non intelligi orationẽ meam q reprae hendi &c. Haec hactenus de duobus Persiis.

persius uetusti.

.C.Lucilius

persius

Laelius dc.

I

¶Cur in Exilium Ouidius ab Augusto missus Tit. xiiii.

Vit Ouidius ab Augusto Cæsare in exiliu3 missus duplici quide causa: Et q amandi ar te ediderat: Et q Augustu oculis offenderat Ait eni li. ii. de Tristibus: Perdiderit cu3 me duo cria carme: & error Alterius facti culpa

Carmen
Error

silenda mihi: Na no sum tati renoue ut tua uulnera cæsar: Q ue nimio plus est indoluisse semel. Altera pars supest: qua turpi crimine læsus Arguor obsceni doctor adulterii. Et li. iiii. de ponto. Carmina nil psunt: nocue rut carta quonda: Primaq ta3 miseræ causa fuere fugæ. Et li. ii. eiusde opis ad Macru3: Naso parc prudes artem du scribit amadi: Doctrinæ pretiu triste mgr habet. libro et. iii. de tristibus ait: Deniq no possu3 nulla spare salute Cu no sit pœnæ causa crueta meæ. No aliqd dixi: uiolentaq lingua locuta est: Lapsa ue sunt nimio uerba psana mero. Inscia q crime uiderut lumia plector: pctum q oculos est huisse meos. Non eqde3 tota possum defendere culpa: Sed parte nri crimis error habet. Nec breue nec tutu est, quo sint mea dicere casu Lumia funesti cosci fa cta mali: Mensq reformidat ueluti sua uulnera tpus Illud: & admonitu fit nouus ipse dolor. Et qcuq adeo possint afferre pudore: Illa tegi cæca codita nocte decet. nil igit referam nisi me peccasse: sed illo præmia pcto nulla petita mihi. Stultitiaq meu crimen debere uocari: Noia si factis addere uera uelis, hæc naso. ¶Vera deniq Exilii


Oculi

Exilii causa

ca fuit illa q uiderat ipse Augustu cæsare cu Iulia filia qd turpe agere: ut. n. Suetonius scribit in Caii caligulæ uita: q filius erat agrippinæ filiæ Iuliæ natæ ab augusto: pdicabat mre3 sua ex iceesto (quod augustus cu Iulia filia sua admisisset) pcreata. qcuq igit anhac qdam aucupati sut uana fuerit. Idq et ouidius ipse inuit ibi ut patuit: & qcuq adeo possint afferre pudore: Illa tegi cæca codita nocte decet. nil igit rferam nisi me peccasse: s illo pmia pcto nulla petita mihi. qbus oidit cau icidisse i augusti pudedu facinus. Idq suetonii uerba augusti iceestu cu iulia oidut.

¶Secundus Sermonū Libellus de Accipiendo Doctri-
næ insigni/ Continet Sermones Quatuor.

¶Medicinæ Laudes: & Patauini Gymnasii. Tit. Primo



Duertenti mihi dignissime Rector/ Docto resq; præclarissimi/ & maxima & infinita ualdeq; necessaria Medicinæ commoda hu mano ganeri esse: Visum est illi potius q̄ cæteris aliis disciplinis/ summa diligentia/ summa cura/ multis uigiliis/ operam studiumq; impen dere. Ea nanq; furorem/ insaniam/ phrenesim/ Sensuū deniq; omnium morbos curat: Ea sola uigorem homi nibus & salutem præstare potest. Ea uiuaces sumus: ca remus Langore: Lætitia fruimur & mente sana. Quid igitur Medicina hominibus dari a Superis melius potu isset? profecto nihil ¶Plura de hac re/ & Inuentoribus eius/ nisi apud Doctissimos Oratio haberetur/ In medi um ferrem. Dicerem quoq; Patauinum Gymnasium cæ teris præstare omnibus: tū loco/ tum ordine: tum lecto rum doctrina & sapientia/ nisi hoc ipsum pateret omni um auribus atq; oculis. ¶Sed quid de Rectore ī omnes studiosissimo referam? Cū ita sit uita ꝓbissimus: doctri na insignis: genere nobilissimus: uirtutumq; oīum cumu lo refertissimus? Quocirca illius uestigia doctores alii & auditores sectantes/ his Moribus degunt omnes/ qui bus Socratem uixisse accæpimus/ & Aristidem cogno mento Iustum appellatum. Gratulor igitur summo deo q̄ huc me contuli: hoc Patauino Gymnasio studui: hoc & profeci. Laudantur Athenæ omnium bonarum arti um Inuentrices: Ibi enim Philosophorum studia uigue re. Quum autē Patauini Gymnasii Doctores/ Philo sophosq; Eximios: Mente concipio/ Illis minime inui dendum esse Facile animaduerto. Hic enim Rheto res optimi. Hic Viri probissimi. Hic omnium Disci plinarū magistri: Hic ad humani generis ornamentū &

Medicinæ commoda

Rectoris laudes

Aristides

Athenæ.

Patauini Gymnasii laudes

Decus plurima Commoda passim reperiuntur: Nam pstantissimus Vicarius noster & uenerãdus: Rector in clytus & q̃optimus: Prior itẽ insignis & sapientissimus Caeteriq; doctores excellentissimi: Non Theophrasto non Aristoteli/ nõ diuino Platoni/ nõ ipsi Soloni/ aut Thaleti sapientissimo/uita/moribus/facundia/doctrina/ sapientiaq; ulla cederent. Qua de re ex omnibus terrae partibus nõ immerito huchuc studendi/ discendiq; gratia innumeri confluũt: ut tot tantaq; bona in patriã referãt. Hac igitur fama pculsus ego/ Perusia/Sena/Pisis/Bononia/& aliis cunctis urbibus/ In qbus studia disciplinaeq; uigent/relictis: Vos uos inquã Patauino Gymnasio pfitentes adiui/celebraui/colui/ audireq; & dies & noctes conatus sum. Itaq; optatũ finem ex sententia attigi: Viderunt enim & audiere prudentiae uestrae mei diuturni laboris & studii puentuz & opus. Quam ob rẽ ducez & auspicem meũ Nicoletum/nulli quidẽ tum antiquorum tum recentiũ Phõrum post habendũ & fama sup aethera notũ: Vosq; alios oro ac obsecro/ubi pbatus fuz/ mihi Artium & Medicinae Insignia/ uestra summa auctoritate tradere non dedignemini. Quod uos agere cũz sit aequissimum/ & mihi pergratum erit: & cunctis debere omnibus: dum uita fruar: non desinam. Dixi

Iuris Ciuilis Praestantia. Titulo Secundo.

Facultas Ciuilis



Voniam Doctores Inclyti/ Facultas Ciuilis honorabilior est/atq; praestantior Medicina teste Philosopho Ethicoruz primo Et enim sine controuersia & magna est/& late patet/& ad multos pertinet: & summo in honore semp fuit: & clarissimi ciues ei studio & semp praefuerunt: & hodie praesunt. Cum Ius Ciuile sit: quod in legibus senatusconsultis rebus iudicatis: Iurisperitorũ auctoritate: edictis magistratuũ/more/aequitate constat: ut Cicero scribit: Omnisq; lex inuentio & donũ dei sit:

Ius Ciuile qd

Lex quid

ut Digestis de legibus habetur. Meo quidẽ sedit animo Iuri ciuili potius q̃ medicinæ/alterius ue scientiæ facultati operã summo studio tradere. Itaq; Perusiæ annos quatuor præstantissimos legum doctores/ & Philippũ Corneum/& Baldum audiui summa cum diligentia. Postea uero tres annos Pisis Bartholomæi Sozini doctrinam hausi: Cumq; laborũ insigne sumere decreuissem/a parẽtibus reuocatus in patriam urgente causa/ uoto obsequi minime potui. Venio igitur hodie/ ut studii uigiliarũq; testimonia referam: Qua de re Scientissimi doctores/ Dignemini etiã atq; etiã oro/ Iuris ciuilis insigne mihi tribuere: Dignissimi/quibus si ego non possim/Dii pro me gratiam referant: & me hercule referent. Dixi.

¶De Legum latoribus. Titulo tertio.

Cum nulla in me dicẽdi facultas benignissime pater Vicarie/ Doctores eximii/studiosa iuuentus: Et timor hominibus mentẽ cõsiliumq; eripiat/& membra debilitet: Haud equidem mirũ/ si forte huic p̃stantium uirorum concilio oratione aliqua minime satisfecero. Omnino tamen cunctos oro ac obsecro attentis auribus diligenter me audiatis Dicam & enĩ breuiter quis nã gentilium sanctissimis legibus principia olim dederit. ¶ Diuinas igitur leges primus hominũ Moses Hebræis explicuit: quas ille a deo accæpisse fatebatur: quo citius populi ob rei excellentiam legibus obtemperarent. Phoroneus Rex Argiuis: Mercurius Trismegistus Aegyptiis. ¶Non habentibus leges Spartanis Lycurgus instituit: non inuentione earũ q̃ exemplo clarior. siquidem nihil lege ulla in alios sanxit: cuius nõ ipse primus in se documenta daret. Dicebatq; Apollinem suarũ Legum autorẽ extitisse ut Minos Iouem/quũ Cretensibus leges dedit. ¶Solon Vir Iustitia insignis Athenienisbus/ cum nullæ essent leges: quia Regum Libido pro legibus habebatur

Moses

Phoroneus

Mercurius

Lycurgus

Solon

Numa p. tam præclaras tamq; utiles tulit leges: ut si iis ppetuo uti uoluissent: sempiternum habituri fuerint imperiũ. ¶Numa Pompilius Iustitia Religioneq; inclytus/ omnis diuini atq; humani iuris uir consultissimus/qui Romulo successit in regno Romanis iura/leges/ ac mores condidit & plures & utiles. ¶Missi deinde Legati Athenas/iussiq; inclytas Solonis leges describere: & aliaꝝ Græciæ ciuitatum instituta moresq; noscere. Anno itaq; Trecentesimo altero q̃ condita Roma erat/ Creatis Decemuiris omisso consulum magistratu/legibus cõdendis opa data est. Ingentiq; hominũ expectatione ppositis Decem Tabulis populum ad cõcionem aduocauerunt. Et quod bonũ faustũ/felixq; reip. ipsis/liberisq; eoꝝ esset/ ire & legere Leges propositas iussere. Se quantũ decẽ hoĩum ingentis prouideri potuerit/omnibus summis infimisq; iura æquasse. Et quia plus polleret multoꝝ ingenia consiliaq;: uersarent in animis secũ unãquanq̃ rem: agitarent deinde sermonibus: atq; in mediũ quid in quaq; re plus minusue esset cõferrent: Eas leges habituꝝ populũ Ro. quas omnium cõsensus nõ iussisse latas magis/ q̃ tulisse uideri posset. Adiectæ igĩt postea duæ sunt tabulæ. Itaq; Leges decemuirales/quibus tabulis est nomen/ in æs incisis in publico pposuerũt. Quæ quidẽ in ĩmenso aliaꝝ super alias aceruataꝝ legũ cumulo fons omnis publici priuatiq; iuris fuere. Paulatim postea antiquæ leges uetustate atq; incuria exoluerunt. Nouæ aũt a Constantino Cæsare cœperunt/ & reliquis posteris: Erantq; pmixtæ atq; inordinatæ. Quaꝝ plixitas/q; nimia erat/ mirabili breuitate Iustiniano impatore correpta fuit: ut passim uidere licet. Lucius uero Crassus summæ dignitatis & eloquentiæ uir prius: Post hunc etiã Iulius Cæsar Dictator Ius Ciuile ad certum modum redigere/ atq; ex immensa diffusaq; legum copia/optima quæq; & neccia/ in paucissimos conferre Libros destinauerant. Quod tamen Iustinianus egit. ¶Ipsæ deniq; Leges Viri Egregii quantum in se & ponderis: & commodi: & honoris habeant

Margin notes: Decemuiri; Decẽ Tabulæ; Tabulæ duæ; Lex xii. tabuu.; .L. Crassus; Iul. Cæsar

Philosophus ample ostendit his uerbis: Sicut optimum animalium est homo lege fruens, ita pessimu; animaliũ est homo ab lege & iustitia separatus. Et illis: Melius est iudicare secundum leges q̃ propria scientia. De legibus hactenus. ¶Iam uero operæpretium uiderei: ut de hu iusce præclarissimæ ciuitatis Perusinæ laudibus ego dis sererem: At ne longior esset oratio, silere melius puto q̃ parum dicere: ut ille de Carthagine inquit. Itaq; Cla rissimi patres & domini: Cunctos oro exoremq; opto, Tuam potissimum pietatem atq; clæmentiaʒ Veneran de pater Vicarie: ut mihi tandem Cæsarii iuris insignia concedantur. Quo sane Beneficio: dum spiritus reget hos artus cunctis ero & deditus & deuotus cliens. Dixi. Lex

¶Litteratorũ Catalogo Ascribendi petitio Titulo q̃rto.



Vm moris sit hac urbe inclyta, illustriq; pa tria nostra, Viri præstantes: qui litteris ope ram dederint: una cõnscribi: Et ego gram matices, Oratoriæq;, & poetices documen ta percæperim: Optarem equidem littera torum Catalogo iam ascribi: ut quæ exigit Tabelliona tus officium & facultas, Hinc hauriam: Vbi ea uiget, & celebratur. Agitedum Patres optimi, obsequimini uo to meo probabili: Ipse etenim uelis & equis, ut in pro uerbio est, nitar id exequi: ubicunq; fuero: quod honori & laudi uestro insigni cõllegio possit accedere. Legitur Mediussidius in Platone: illum esse Virum bonum: qui cuicunq; potest, fauere nititur: nocetq; nemini. Si ergo boni estis: ut omnium est opinio: totiusq; Ciuitatis uno id ore canitur Me recipite: Me apud uos degere con uersariq; passim uelitis, Oro ac obsecro etiam atq; etiaʒ Patres inclyti. potestis enim. Eo autem peracto, gratiaʒ cuicunq;, & agere, & habere, & referre pro facultate assi due conari non desinam. Dixi.

¶Tertius Sermonum Libellus de Magistrati-
bus/Continet Sermones Vnum & uiginti.

¶De Prætoris Officio: ubi scribitur: Cur Leges cõditæ.
Quid princeps cauere debet. Iniustũ Iudicem a Cam-
byse excoriatum. De Iustitiæ laudibus. Malos punien-
dos. Inde de Iureiurando. Titulo Primo.




Equeo mente cõceptũ/ore proferre ser-
monẽ: & cordis lætitiã lingua nõ explicat
Prætor æquissime. Video siquidẽ/ quanta
innocẽtia/ quãta deinceps oĩbus in rebus
tẽpantia/quãta fide/quãta facilitate/hũa-
nitateq̃/& Iustitia/erga remp. nostrã uti possis: Cũ ani-
maduertã te fortẽ/iustũ/seuerũ/grauẽ/magnaĩum/largũ/
bñficũ/liberalẽ fore. Vnde spero te potius optima factu
rum q̃ pmissurum/seruando potissimũ leges. Cõstat. n.
Leges cur ad salutẽ ciuiũ/ciuitatũq̃ incolumitatẽ: uitãq̃ omniũ quí
etã & beatã cõditas esse leges. Sed melius pfecto est ci-
uitatẽ regi uiro optĩo: q̃ lege optĩa: ut inquit phũs. Quõ
Princeps eniꝫ ĩpabit urbi: q nõ põt cupiditatibus ĩpare? Refre
net ergo princeps libidinẽ: spnat uoluptates: iracundiaꝫ
caueat: auaritiã coerceat: cæteras aĩ labes repellat. Nisi &
Caput eniꝫ caput sanũ fuerit oĩa mẽbra erũt in uitio: Vnũq̃ ex
Exemplum emplũ aut luxuriæ: aut auaritiæ: multũ mali facit. Hic op
tĩe Cicero inqt: Plusq̃ exẽplo q̃ pc̃tõ nocẽt. ¶Hoꝝ ue-
Iustitia ro nihil in te uerẽmur ptor illustris: Nã p te fers uirtutes
oĩs: pſertim iustitiã: sine qua ĩpossibile est habitari ciuita
Cãbysis iudex tẽ. Hic Cãbyses: ut legĩt: Iniustũ iudicẽ Sisannẽ excoria
ri fecit: & sup iudiciariã sellã pellẽ eius extendi: Filiumq̃
eiusdẽ Othanẽ p iudice sedere iussit: ut iniuste iudicare
metueret: ne silẽ facer̃ iudiciũ pateret̃. tũc aũt potissimũ
Iudex ĩteger ac bonus dr̃: cũ malefacta uindicat: bonoꝝ
eniꝫ salutẽ custodit: qui malos punit: Et peccata nõ coer
Iustitiæ laus cere peccatũ est. Sed quid demũ pstãtius q̃ intelligi nos
ad iustitiã esse natos? Hæc eniꝫ pfecta est uirtus: atq̃ ob-

id ipsum, Iustitia pclarissima uirtutum esse uidetur: qua quidem neq; est Hesperus neq; Lucifer admirabilior. Iã puerbio dicer cõsueuimus: iustitia ĩ sese uirtutes cõtinet omnis. ¶Caeterum quia impunitatis spes: maxĩa est peccãdi causa: pœnã semp añt oculos uersari putent: qui peccauerint: ne uno inconuenienti dato: multa contingant: Idcirco castigandum & temperandũ est, id omne qd turpia cõcupiscit. Multitudo siquidẽ necessitati potius q̃ rationi, & pœnis q̃ honestati paret. Hinc aduersus inobedientes: & hebetiores ingenio: castigationes pœnasq; instituere legum latores. Vestrum itaq; est: ut uolũtatem sequatur effectus: Seruando ut diximus innocentiã: tempantiam; fidẽ: facilitatẽ: hũanitatemq; in remp. nostram: Coercendo uoluptates: iracundiã: auaritiam: & caeteras animi labes. Seruataq; uirtutũ regina Iustitia prauos puniẽdo: id defendas: qd esse optimum sentias, homines enim ad deum nulla uirtute propius accedunt q̃ salutem hominibus dando. ¶Sed quoniã nullũ uinculum ad astringendã fidem iureiurando maiores arctius esse uoluerũt: quod indicant leges in duodecĩ tabulis indicãt sacratae: indicãt fœdera: quibus & cũ hoste deuincitur fides: Iureiurando pmittes reip. nostrae Mores & Leges, Institutaq; omnia, & iura cuncta, seruare tutari, defendere. Dixi.

Malos puniendos

Iusiurandum

¶De Gubernatorẽ Reip. Officio: ubi scribitur, quae sint ppria munera Mgr̃atus. De Iustitiae laudibus & imagĩe eiusdẽ. Quales esse debẽt iustitiae Antistites. Honestis rebus studentes honoribus psequẽdos: Quid sit iusiurãdũ. postremo Religionis curam habendã. Tit. secũdo.



Redo equidem Patres optimi admiratiõe uos affici: cũ tot summi uiri, sedeant: Ego maxĩe locũ ascenderim: qui neq; aetate, neq; ingenio, suẽ his qui sedent, cõparandus. Oro tñ ac obsecro (& si plus oneris sustuli q̃ ferre me posse intelligo) attente me audiatis: Cum ad

dicendum impedimento sit ætas: & pudor q ornat ætatē: Attendite quæso audire enim est operæpretium. Quod aūt in pātria dicā, nil aliud erit q̄ magratus officia cōtinēs.

Magistratus munus. Ciuitas quid

¶ Est itaq proprium munus magistratus, intelligere se gerere personā ciuitatis: Quæ nihil est aliud q̄ cōcors hominum multitudo. Debereq eius dignitatē & decus sustinere: seruare leges: iura describere: & ea fidei suæ cōmissa meminisse: Vrbis etiā tēpla, uias, aquas, ærarium, uectigalia tueri atq defendere. Referreq Leges oīs ad reip. cōmodū Naz sicut medicina corpori prodest ut aiunt: ita reipublicæ leges. cogitat quoq qd utilitas ciuitatis, qd nā cois salus exigat: Seruādo iustitiā perpetuæ cōmendationis & famæ fundamētum: sine qua nihil pōt esse laudabile: Vnde sicut optimū aīalium est homo lege fruens: sic pessimū aīalium ē homo ab lege & iustitia separatus. Ex q̄ quidē una uirtute uiri boni appellant: Et sine iustitia īpossibile ē habitari ciuitatē: Hinc eius imaginē & pictores & Rhetores, forma atq filo uirginali, aspectu uehementi, & formidabili luminibus oculorum acerbis: neq humilis neq atrocis sed reuerēdæ cuiusdam tristitiæ dignitate finxerunt. Per quod ītelligi uoluerūt eos q iustitiæ antistites essent: oportere ēē graues, sanctos, seueros, incorruptos: cōtraq improbos nocētesq immisericordes atq inexorabiles. ¶ Cæterum nulla re cōciliare facilius beniuolētiam multitudinis pōt hi q reip. præsunt q̄ abstinentia & cōtinentia. Nullū enim uitiū tetrius q̄ auaritia: præsertim in principibus, & remp. gubernātibus: Conciliabit & ciuium beniuolētia, Si quoscūq urā magnificētia uiderit honestis rebus, bonisq studere, eos honoribus prosequet: aliter enim artes q̄s bonorum fontes ēē aiūt, corrūpent. Dicerē in hac re plane tn̄ diffusa oratio tædiū generet, pteribo.

Iustitiæ laus

Iustitiæ imago

Iustitiæ psides

Continentia Auaritia

¶ Itaq Rectores magnifici: hodie magratum inituri uos hortor ad ea seruāda, & illa cūcta q̄ īstitutis moribus, & legibus huius inclytæ ciuitatis cōtinent: uti & pcedētes defuncti mgratu rite & optime cūcta ad unguē seruaue re. Adhibitoq Iureiurādo (id est Affirmatio religiosa

Iusiurādum qd

quod aũt affirmatiue quasi deo teste ꝓmittitur:id tenẽdũ est)tota mente reip. onus suscipite: Nihil eniꝫ est: quod uobis maioris fructus gloriæq; esse possit: Nec qcq̃ ex omnibus rebus hũanis est præclarius aut pſtantius q̃ de rep. bene mereri. Nam uerũ decus in uirtute positũ est quæ maxime illustratur magnis in remp. meritis. ¶ Et quoniam deoꝝ imortalium numĩe omnia regi gubernariq; pſpeximus:adhibenda diligentia est: ut in cogitatione legis diuinæ/in cultu pietatis in sacraꝝ uirtutũ exercitio populus ipse uersetur. Nam quum doctrina minime erit in deoꝝ templis:intelligimus pire pudicitiam, castitatem mori/iustitiaꝫ/& omnes obire uirtutes. Dixi. Cultus diuinus

¶ De Officio eorũdeꝫ:ubi scribit:Ciuiũ utilitatẽ tuendã, Totumq; reip. corpus curandũ ne seditio oriatur. Ignobilium uirtutẽ nobilitatis inertiæ pferendã. Appetitus rationi obedire. Rectoꝝ mores pdesse & obesse ciuibus. Accusatores in ciuitate necios. prauos puniẽdos. Iustitia quid sit & eius partes Religio/ Pietas/ Gratia &c̃. Tit. 3.

INituris hodie nouum p Rep. gubernanda Magistratũ Viri pſtantes: p reipublicæ utilitate/pq; illoꝝ fama & gloria/(quid .n. homini dari põt maius q̃ gloria & laus)q̃dam, ẽruãda apiaꝫ:si me diligẽter audiri uidero: Incipiã itaq; ubi cũctos me attẽdere aĩaduerto. ¶ Qui cũq; reip. pſunt: Duo maxĩe seruare debent. Vnũ est/ut ciuiuꝫ utilitatẽ sic tueanẽ:ut qcquid agũt/ ad eã referant/ obliti cõmodoꝝ suoꝝ: Nã ut tutela sic pcuratio reip. ad utilitatẽ eoꝝ/q cõmissi sunt: nõ ad eoꝝ/qbus cõmissa ẽ geri dẽt. Alteꝝ uero/ ut totũ reip. corpus curẽt: ne dũ p teꝫ aliquã tuenẽ:reliq̃s deserãt. Qui .n. parti ciuiũ cõsulũt: partẽ negligũt: rẽ pnitiosissimã in ciuitatẽ inducunt: Seditõeꝫ atq; discordiã. Quæ oĩa grauis & fortis ciuis i rep. dignus pricipatu fugiet/atq; oderit. Totãq; eã sic tuebit:ut oĩbus cõsulat. Hoĩumq; ignobiliũ uirtutẽ pſæpe nobilitatis ĩertiæ pferat: q; solus bonus honorandus est.

Ciuium utilitas tuenda

Tota resp. curanda

ignobilium uirtus

Et dū ciuitatis salutem cōseruet/mortē oppetat potius q̄ deserat illa/quæ dixi. Decetq; in omnibus ratione uti/atq; orone prudenter: Idcirco utenda diligentia/ut ne qd temere ac fortuitu/incōsiderate/negligenterq; agatur. q; nihil agendum est: cuius nō possit causa pbabilis reddi. Omniq; in re/quid sit uerum uidere & tueri oportet: nā falli/errare/labi/decipi/tam dedecet quaʒ delirare/ & mēte captū esse. Nec agendū est quicq̄: quod dubites æquū sit an iniquū: æquitas eniʒ lucet ipsa per se: dubitatio aūt cogitationē significat iniuriæ. Et quia haud negligenduʒ est/ quemadmodum reip. rector sese gerat aduersus ciues: puidendū rite primū: ne cui noceat: Deinde ut cōi utilitati seruiatur. Efficienduʒq;: ut appetitus rationi obediant: sintq; tranquilli: atq; omni pturbatione animi careant. Inde eniʒ elucebit omnis cōstātia/omnisq; moderatio: Appetitus igit̄ omnes contrahendi/ sedandiq; sunt: Vt honeste/parce/cōtinēter/ seuere/ sobrieq;: non turpiter/ nō delicate/ non molliter ab aliquo uestrū uita uiuatur. Nam qualescunq; Reip. rectores fuerint: tales etiam ciues. Et quæcunq; mutatio moꝶ in principe extiterit/eadem in populo sequet̄: quia ut cupiditatibus pricipum ut uitiis infici solet ciuitas: sic emēdari & corrigi cōtinentia: Recta enim uiuendi ratio meliores efficit. Quocirca etiam Accusatores esse multos in ciuitate utile est: Vt metu contineatur impioꝶ ac sceleratoruʒ audacia: Nam sunt quidam homines non re/sed nomine. Verumtamen hoc ita est utile: ut ne plane illudamini ab accusatoribus: qd sæpe accidit. Oportet igitur bonos puocare ad uirtutē per præmia: Malos autem per pœnaʒ Insanabiles penitus extirpare. Nā bonis nocet/qui parcit malis. Magistratus aūt custos est iusti: Omni ergo ratione colenda & retinenda Iustitia est. Tum propter se ipsam/tum propter amplificationem honoris & gloriæ. Qui igitur adipisci uerā Iustitiæ gloriam uolent: iustitiæ fungantur officiis: Quæ quidem est habitus animi cōmuni utilitate conseruata suaʒ cuiq; tribuēs dignitatē.

Aequitas

Appetitus

Rectoꝶ uita

Accusatores

Boni


Magistratus

Iustitiæ partes

Eius partes Religio: Pietas: Gratia: Vindicatio: Obseruantia: Veritas: Religio diuinorum curam cerimoniasq; affert: quae nullo pacto in ciuitate deesse debet: Pietas est per quam sanguine coniunctis: patriaeq; beniuolis: officium & diligens tribuit cultus: Gratia est in qua offitiorum alterius memoria & remunerandi uoluntas continetur. Vindicatio est per quã uis aut iniuria: & omnino omne quod obfuturum est defendendo aut ulciscendo propulsant. Obseruãtia est: p quã hoĩes aliqua dignitate antecedentes cultu quodam & honore dignantur. Veritas est: per quam dicuntur inmutatã ea: quae sunt: aut fuerunt: aut futura sunt. Quae omnia cum praedictis seruantes Vrbium Praesides: & ipsi gloriam consequentur: & ciues omnes concordia fruentur: quod in una quaq; Ciuitate potissimum. Concordia nanq; simile quid Amicitiae esse uidetur: sine qua Respublica nulla erit. Vt ergo quisq; magis ac magis ad Reip. salutem inuigilet: Iureiurando (quod inuiolatum sanctumq; esse debet) promittet ea omnia pro Rep. se facturum: quae ad totius populi commoda sint: & Patriae perpetuo profutura. Verumtamen ante omnia curandum erit ut deus uerus iusto ac pio cultu in urbe ab omnibus honoretur: Nam Pythagorae quoq; pceptũ est. Deo semp qdem cũ laudibus amictuq; cãdido: & casto corpore honores adhibẽdos Dixi

Religio
Pietas
Gratia
Vindicatio
Obseruantia
Veritas
Concordia
Iusiurandum
Dei cultus

¶ De Praetoris Officio: ubi scribit. Prauos & impios puniẽdos. Praetorẽ & iudicẽ esse dei ministros. Litẽ non esse progandã. Iustitiam omnibus aequaliter ministrandam. Iram & Auaritiam uitandas Tit. quarto.



Optatus Aduenis Reip. nostrae Praetor insignis: nulli enim incertum est: semp apud te plus aequitatẽ ualuisse: q̃ summae iustitiae rigorem: Esse optimũ: & sincerũ: & fidũ iuris interpretẽ: q nullus tibi improbus dñatur affectus. Itaq; totius noĩe ciuitatis oro: ut solito more &

in hac urbe recte iudices iustitiæ legem custodiens/uel
Ira pii potius æquitatis:qua semper in bonos uteris/prauos &
impios acriter puniendo:qui sine regentium terrore/sine
Prætor legũ seueritate cõtineri nõ possũt: Vnde ẽt inuiti a præ
tore cogendi sunt ad recte uiuendum. Prætor enim est
dei minister:a quo iustitia iudiciumq; suæ cõmissum est
fidei. Ea igitur exercẽda sunt maxima atq; optima fide:
Iudex ne falsa p ueris/aut iniqua pro æquis accipiãtur. Iudex
etenim inter homines cõstitutus est/ut recto iudicio &
legũ pitia reddat/quod suũ est unicuiq;. Ideoq; priusq̃
iudicet/libenter audiat/nec omnia facile credat:ingratq;
illa/e quibus ueritatis fulgor emanet:sic quidẽ nunq̃ er-
lis rabit nunq̃ labetur. Veritate demum repta/cognitaq; iu
stitia illico iudicabit:ne lis prorogetur:ob qd sæpissime
hominum animi odio maximo incendũtur/curis mole
stiis/anxietatibus plenã uitam agentes/ob absumpta liti
gio patrimonia. Quorũ certe omniũ/plerumq; prætor
& iudex est causa:q; iustitiæ locũ nõ dedit/uerumtñ ini
quitati potius adhæsit: uł pretio ductus/uel gratia quadã
& beniuolentia. quod nefas a prætore & iudice pcul ab
æquus est esse debet. Non.n.anteferendus est diues pauperi: non
iudicandum ciuis aduenæ uel pegrino:nõ amicus ignoto:Sed quod
æquum est sine alicuius delectu iudicãdum/ cũ iudex sit
Iudex ius spirans/Lexq; loquens. ponatq; psonam amici/quã
induit iudicis. Cauendũ igitur/ne coruis uenia det:colũ
Ira bas cẽsura uexet. Est & ira prætori uitanda/qua animus
præcipitatur:cũ qua nil recte fieri põt/cũ sit inimica cõ
Auaritia silio. Vitetur & auaritia/ne iustitia ne fas & honestũ pro
stituantur: quo nihil grauius/tetrius/horribilius. Nã uti
litas anteferetur Honestati: & p sonte insons damnatur:
pro pio impius munerũ gratia iustificatur atq; absoluit
Nec ullo metu terrore ue aut minis trahi debet ullus ut
iustitiã deserat (pro qua exequẽda iam uenit ad nos tua
prudentia) sed forti animo legum sanctitas custodiatur:
Mori.n.præstat q̃ turpia ppetrare. Hæc equidẽ omnia
prætor insignis/nõ alia causa cõmemoro/nisi ut curtẽti

equo calcar adhibeat. Scimus enim tua egregia pbitate & animi magnitudine patriæ nræ libertatē & cōmoda cūcta tutaberis/semp honestum & pbabile sequēs: quæ prima sunt & potissima in omni rep. Scimus itez Vnicuiq; nostrū fidem/pietatē/cōsiliū/operam tuam psto fore/& pfuturā. Deniq; ut ciuitatis cōsuetudo seruetur Iuriurando Dignatio tua pmittet/ ea oīa totius officii tpe hic seruare: quæcunq; nostris & moribus & Legibus & Institutis continentur. Dixi.

¶De Officio eiusdem: ubi scribit. Ne quid temere fiat. Clæmentia nil laudabilius. Puniendos ad Reip. utilitatē referendos. Ius omnibus idem fore. Iram in puniendo cauendā. Incurabiles exterminādos. Singula cum ratione iudicanda. Nullius personam accipiendā. Titulo. v.



Aetantur omnes tuo aduentu Prætor Magnifice: Mihi uero exultant præcordia: præsagiunt eniz/qualis in Remp. nostram ptor esse iamdudū statueris. Nec uerentur quin consiliis & diligentia tutaberis ciuitatez omnem: In quo multū operæ multūq; studii pones: Cauebisq; ne aliquid cōmittatur: ut aliquādo dicendū sit/ non putarā. Hinc illud in primis cōsiderabis/ ne quid temere neqd crudeliter fiat. Quoniā nil laudabilius/ nil magno & pclaro uiro dignius placabilitate atq; clæmētia. Quæ tam ita pbanda est: ut adhibeatur reip. causa seueritas: sine qua administrari ciuitas nulla potest. Omnis autē animaduersio & castigatio contumelia uacare debet: Neq; ad eius/q puniet aliquez/aut uerbis castigat/ sed ad reip. utilitatē rferri. Cauēdū etiam ne maior pœna q̄ culpa sit. Et ne iisdē de cāis alii plectanē alii ne appellenē qdē. phibēdaq; ē maxie ira ī puniēdo: nūq̄. n. iratus/q accedet ad pœnā/ mediocritatē illaz tenebit: q̄ est inter nimiū & parū. Debent itaq; hi q psunt reip. Legum similes esse: quæ ad puniendū non iracundia: sed æquitate ducunē.

Placabilitas
Clæmentia
Seueritas
Aīaduersio
Pœna
Iratus
Præsides reip.
Leges

Scelerati — Verum oportet eos, qui curari ac emendari nequeunt, extrudere atq; Exterminare: Quia non Tales sunt: ut ob pudorē obtempent: sed ob metum: Nec ut a prauis ob turpitudinē abstineāt rebus: sed ob pœnā. Oportet

Inquisitores — item inquisitores ueritatis nō esse inimicos: Et in obscu

Bonus — ris apertis testimoniis uti: q bonus singula cū ratione iudicat. Nec ullius psonam accipiet: sed æquo iure nobilē & humilē, potentē & imbecillum si peccauerint corripi

Magistratus — et & damnabit. Qui enim magistratu fungitur: Cōmuni semp utilitati summo studio & prudentia cōsulere debet. Hinc ait Bias, Magistratus uirū ostendit. Hæc omnia psagiunt mihi pcordia præstantiam tuā in oēs ciues executurā: Merito ergo exultāt, & ciues omnes lætātur. Age iam iureiurādo, quod fit deo teste, promittas id agere qd Reip. nostræ, faustū & optimū fore uidebit. Dixi.

¶De Rectorū Reip. Officio: ubi scribit̄ A Magistratu remp. omni cura gubernandā. Omnibus eandē utilitatē cōmunē fore. Praūos puniēdos. Turpia uitāda. Nihil iniuste faciendū. Gloriā ex tribus cōstare. Qui maxiē laudādi: & qui contemnendi. Tit. Sexto.



Isa eiusmodi Virorū præstātiū corona decreuerā nullo pacto hic orōnem hr̄e, Colēdi patres: Vbi tam̄ summā in omnibus mā suetudinē esse aīaduerti, mutata sententia id cum iniit: Vt quæcūq; de magistratu prius excogitaueram Cunctis aperirem. Attendite igitur q paucis absoluam. ¶In Republica Patres optimi: Ante

Reip. cura — omnia, Omnis Vestra Cura, Cogitatio, Opera poni debet. Quæ quidem Honestis consiliis, Iustisq; factis gubernanda est: Ad quod ideo ītendum est Moderatiōe, modestia, cōtinētia, tēperantia: q ē Libidinū inimica libidiēs aūt uoluptatis cōsectatrices. Debet & unū ēē oībus ppositū, ut eadē sit utilitas uniuscuiusq; & uniuersorū: hoc. n. spectāt leges hoc uolūt īcolum ēē ciuiū cōiūctōē

Quam qui dirimūt/ii morte/exiliis uinculis/damno cō ercendi: q̄ nō licet cuiq̄ sui cōmodi gratia nocere alteri Idq̄ cōmittere lege naturæ ꝓhibemur: Ea nanque non patitur ut alioꝝ spoliis nostras facultates: copias: opes augeamus: Nec magis est cōtra naturā morbus: aut egestas: aut quid huiusmodi q̄ detractio atq̄ appetitō alieni Intelligendūq̄ est: ubi turpitudo sit: ibi utilitatē esse non posse: ad honestatē eni; nati sumus: eaq̄ sola expetēda ē Ergo ea deliberāda omnino nō sunt: in quibus est turpis ipsa deliberatō: Iccircoq̄ nihil auarē/nihil iniuste/nihil libidinose/ nihil incōtinenter faciendu; est. Ac neq̄ cōtra remp. Neq̄ cōtra Iusiuraudū ac fidē/amici sui causa uir bonus faciet: Nā ratio hoc postulat ne qd īsidiose/ nequid simulate/nequid fallaciter agaē: itaq̄ scelus absit: In quo gloria esse non potest: Quæ summa & perfecta constat ex tribus: Si diligit multitudo: Si fidem habet: Si cum admiratōne quadā/honore nos dignos putet. Tūc aūt diligit: quum beneficiis illa afficitur: quūq̄ mouetur ipsa Fama & opiniōe Liberalitatis/Iustitiæ/Fidei. Iustis autem & Fidis hominibus: idest bonis: ita Fides habetur: ut nulla sit in iis fraudis: iniuriæq̄: suspicio. Eos uero suspiciunt: Maximisq̄ efferunt Laudibus: in quibus existimant se excellentes quasdam & singulares uirtutes perspicere. Despiciunt eos & contemnunt: in quibus nihil uirtutis: nihil animi: nihil neruorum putant: Quam ob rem contemnuntur hi: Qui nec sibi: nec alteri prosunt In quibus nullus labor: nulla industria: nulla cura inest: Maximeq̄ admirantur eum: qui Pecunia non mouetur Male enim se res habet: Quum quod Virtute effici debet: id tentatur pecunia. Vt ergo Respublica optime gubernetur. Vos aute; Gloriam consequamini Patres optimi/Omni studio conari debetis: ut Iustitia: ut Temperantia: ut Continentia: ut Fides: ut Charitas in Rempublicam Nunq̄ a uobis discedant. Sic nanq̄ eadem erit Vtilitas uniuscuiusq̄: & Vniuersorum. Sic uos diliget/ Vos Admirabitur/ Vos Laudibus efferet multitudo.

Praui
Naturæ lex
Turpitudo
Honestas
Aīcorum gr̄a
Gl'ia ex tribus
Dilectio
Fides
Virtus
Ignaui
Pecunia

Rogo iam/quo promptior quisq; sit ad reip.commoda non solum seruanda/ Sed etiam multo magis augenda: quo sit etiam pronior ad iustitiæ præcepta obeunda: Iureiurando promittat quilibet pro uiribus secundum Leges & instituta patriæ nostræ & regere et gubernare Ciuitatem. Præterea quia Religione sublata: nec sapientia teneri potest/nec iustitia: autori rerum deo parentiq; cōmuni honos ueneratioq; in ciuitate non desint. Nam scientia est Deum nosse: uirtus colere: in illo Sapientia /in hoc iustitia continetur. Dixi.

¶De Officio eorumdem: Vbi scribit Reip. Rectores fore sapientes. Ciuitas quid sit. Fauere aliis regium esse. Arma ꝑ Reip. salute tenenda. Impios exterminandos. Cur principes constituti. Quod iustitiæ munus. Fides quid. Quæ sint tres furiæ Titulo Septimo.



On Equidem sponte mea/ uerūtamen aliorum hortatu huc ueni Viri sapientissimi Vt quæ de publici Magistratus officio legeram/palam eloquerer. Incipiam igitur cunctorum fretus Humanitate. ¶Negat Plato Remp. posse consistere: nisi is/qui imperat habeat

Reip.rectores

Sapientiæ studium. Aut is/ Ad imperandum Eligatur: quem esse inter omnes Sapientissimū constet. Nam male imperando summū imperium amittitur. Et loco ignominiæ est apud indignum dignitas. Qua de re gratulor hodie patriæ: Cum electi fuerint Viri prudentissimi/ & Rerum usu Sapientissimi: quales fortasse nunq̄ alias ad

Ciuitas quæ

regendam ciuitatē. Quamquidem esse dicunt coniunctionem hominum plurimorum: in quibus sunt alii regentes/alii citeriores/coniuncti inter se concordia: & inuicem sibi opem atq; Auxilium deferentes: iisdem Legibus rectis tamen officia sua temperantes: iisdem mœnibus una degentes: Quorum mens eadem uelit & nolit Cæteras uero/quæ ad hunc modum Ciuitates non erūt constitutæ: sanas esse non arbitrantur. Regentium itaq;

Prudentia agendum est: Vt ea cuncta in Ciuitate sint: quo omnes & pace fruantur: & Legibus iisdem obtemperent sibi uicissim opitulantes. ꝙ nihil est tam regium tam liberale: tam magnificum: q̄ Opem ferre supplicibus: Excitare afflictos: Date salutem: Liberare periculis: Retinere homines in ciuitate: Quæ ipsa ut tutior sit ab improbis & intus & extra Rectores ipsi curare debent Sed nihil est neq; firmius/ neq; felicius/ neq; laudabilius Reip. q̄ tenere semper arma: quibus uel tectus ipse esse possis: uel prouocare improbos/ uel te ulcisci lacessitus; Non enim uestiũ nitor/ uel argenti/ uel auri/ gemmarũq; copia/ hostes aut ad reuerentiã nostram/ aut ad gratiam inclinant sed solo terrore subiguntur Armorum. Est & illud omnino curandum: Vt pestiferi & impii homines ex hominum cõmunitate exterminentur: Nam ut membra quædam amputantur: si sanguine & tanq̄ spiritu carere cœperunt: & nocẽt reliquis partibus corporis. Sic illa in figura hominis feritas & immanitas bæluæ a communi hominum cœtu segreganda sunt: principes enim sunt constituti: ut populum foueant & protegant. Qui ergo non defendit iniuriam: neq; propulsat a suis: quũꝫ potest iniuste facit: Et Viri boni splendorem & nomen amittit. Quod ne in uobis eueniat patres sapientissimi cauere debetis: Conariq; ut æquo iure & summo & infimo iustitia seruetur: Iustitia nanque societas hominuꝫ continetur: Cuius munus est/ ut quisq; cõibus ꝓ cõibus utatur: priuatis aũt ut suis. Cuius etiã fundamẽtuꝫ ẽ fides idest dictoꝶ cõuẽtoꝶq; cõstantia & ueritas. Ante oĩa tñ uitãdi sunt rẽp. gubernãtibus tres illi effectus: q hoĩes in oĩa facinora ꝑcipites agũt: ira/ cupiditas libido. Propterea. n. poetæ tres furias esse dixerunt: quæ mẽtes hoĩuꝫ exagitẽt. Ira ultõeꝫ desiderat. Cupiditas opes. Libido uoluptates. Ex ira dissidia/ expulsiones bella cõtra iustitiaꝫ nascũt. ex cupiditate ad cõgerẽdas opes/ fraudes/ latrocinia/ oĩa scelerũ gñã oriunt. ex libidie q utunt ad capiendas uoluptates/ stupra/ adulteria/ corruptelæ oẽs eueniũt.

Fauere aliis

Arma tenẽda

Impii exciđãt

Principes cur

Iustitia


Fides

Furiæ tres

Deniq; ut ad calcem Orationis deueniam: Vestraq; in
memoria/ quæ dixi tenacius affigant/ breuius omnia re
petam: Curabitis itaq; rectores magnifici ut ciues oms
cōcordes sint & unanimes: ut alter alteri opem ferat: ut
arma in urbe ꝑ cunctoꝝ salute & milites erudiri nō de
sint: ut impii ac scelerati a bonoꝝ consortio excludant
uel exilio uel morte: Vt omnibus æquitas ipsa seruetur:
Vtq; a uobis/radix maloꝝ omnium auaritia ꝑcul absit:
& ira atq; libido. Sic enim & Reip. cōmodis/& uestræ
gloriæ cōsuletis. Ad quæ peragēda Iusiurandū adhibe
re non pigeat quenq̄. In primis tamen curabitis ut sum
mi & ueri dei cultus in ciuitate celebret: Nā ideo mala
oīa rebus hūanis quottidie ingrauescūt: quia deus huius
mundi effector & gubernator iā derelictus est. Dixi.

¶De Prætoris Officio ubi scribit acuto homine & calli
do opus esse Reip. gubernādæ. Hoīum uitia coercen
da. Prætori & Iudici fortitudinē & prudentiā ñcessarias
Qui uere iustus. Lex quid. Flagitiosum uiꝝ a Tribunali
arcendum. Leges Araneoꝝ telis esse similes. Consulen
da esse optima. Leges quando sint utiles. Titulo octauo.

Reip. rector



Emo est/ cui non placeat Virtus & sapien
tia tua Prætor amantissime: q acuto homi
ne nobis est opus/ & natura usuq; callido:
qui Sagaciter peruestiget: quicquid Reip.
nostræ conducat/& præstet: Ad quæ agen
da te neminem aptiorem habere possemus: tenes enim
qbus rebus utilitas reip. paratur/ augetq;. Qua propter
ad eam moderandā usum & Scientiā/& Studium tuum
conferas cuncti oramus: Vt te uerū Reip. rectorē/con
Sceleratos puniendos siliiq; Autorem publici habeamus. Tua igitur Autorita
te nutuq; legum/ut bonos ꝑtegas/ Coerceas hoīu; uitia
atq; fraudes/damnis/uinculis/ignominiis/uerberibus/ex
Iudex iliis/morte mulctando: Nullo terrore/nullis minis exter
ritus. Nā & prudētiæ & fortitudinis prætorē & iudicē

oportet esse participes: prudentiæ quidẽ/ quia nõ debet uerus iudex quæ determinanda iudicio sunt/ab alio discere: Fortitudinis uero/ ꝙ pro Seruanda iustitia omnis timor abigendus est procul. Sed ille uere iustus habetur: Qui suis contentus: aliena non affectat:quiq; ab alienis mentem/ oculos/ manus abstinet: Quod & tu facere solitus Prætor inclyte/ Legem: quæ est recti Præceptio/ Prauiq; depulsio seruando: ꝙ quasi Dux Vitæ & Magistra officiorum sit. Idcircoq; Pisistratus Atheniniensium Tyrannus Solonis licet Aduersarii sui Leges Quas ille Atheniensibus dederat: seruari atq; secundũ eas uiuere iubebat. Inter quas Solon ipse/ Eum qui nequitia ac flagitiis insignis esset/ Tribunali publicisq; suggestis arcendum statuit: Principemq;/ si Ebrius deprehensus esset/ morte mulctandum. Dicebat etiam Leges Araneorum Telis esse simillimas: Illis nanq; siquid leue & imbecillum inciderit/ inuolui ab eis/atq; contegi siquid maius aut grauius perrũpi ac perire: Aiebat itẽ consulenda esse/ non quæ suauissima/ sed quæ optima essent: Animum ac Rationem ducem sequendo. Quæ uitia quantum a tua Prudentia absint/ Nemo est qui nesciat. Nullæ enim in te nequitiæ: nulla flagitia/nulla crapula dephensa est unq̃. Legesq; infimis ac summis æq̃s esse uoluisti semper: Velisq; etiam apud nos idem oro. Deus enim ac Legum latores nõ soli iuuare ciuitates possunt:sed qui multitudinem agunt:in quãcũq; sententiam uolunt. Ii nanq; si recte rem administrẽt/ Deus ac leges utiles sunt:Sin aũt male/nihil prosunt. Quæso itaq; iure iurando uti & consuetũ est apud remp. nostrã/polliceaaris ea omnia ꝓtegere/ atq; defendere/& seruare/ quæcũ ꝙ nostri Mores/nostræq; Leges & Instituta maiorum admonent ac iubent Dixi.

Iustus.

lex quid.

pisistratus.

Solonis leges

Leges araneorũ telæ

Consulendũ quid

Leges quãdo utiles

¶De Officio eiusdem:ubi scribit. Sapientes naturaliter aliorũ rectores. Nihil utile esse/quod sit iniustũ. Aequo iure oẽs regẽdos. Appetitũ rationi obediturũ. Tit. ix.



Orrore quodã & stupore ingenti afficior tanti uiri præsentia & ãplitudine ciues optimi: Qua ꝑpter unde incipiã nec scio nec uideo: Verum ubi omnino aliquid dicendũ est, ne frustra uenisse huc uideamini, si atten tos aĩaduertero, pauca de multis differam. Adeste igitur Tu potissimum Prætor insignis: ad quem tota mea se uertet oratio: Quippe Reipublicæ nostræ rector aduenis iure optimo: omnes enim ratione & intellectu uigẽtes naturaliter Domini sunt, & Rectores aliorum. quos ordinare non ordinari oportet: idest regere & non regi. Susciperecꝫ onus officii: quod se putet substinerẽ posse: Vt tua prudentia facit: quæ nisi cognosceret & doctri na & moribus & consilio ꝓfuturã se huic ciuitati nullo pacto huiuscemodi onus susciperet. Cogitabis ergo qd utilitas ciuitatis, quid communis salus reip. postulet: idqꝫ ante omnia: Nam principia maxime ualent ad consequentia. Illudqꝫ semp ante oculos habeto, nihil nec expe dire nec utile esse, quod sit iniustum. Quotiescꝫ sententia ferenda est, semper secundum legem feratur: quoniã id demum est iustum, quod legitimum sit: quod uero fit contra legem, id est uiolentum. Omnis itaqꝫ adhibenda est cura meditatio diligẽtia, ut æquo & pari iure omnes regantẽ. Tum in Rep. ea uelis: quæ tranquilla & honesta sint: ut ꝓberis & ab his qbus cũ & apud quos uiuis. Cogitatio in uero exqrendo maxĩe uersetẽ: Inde curãdũ est ut cogitatõe ad res q̃optimas tua utatẽ excellẽtia: Appeti tũqꝫ ratõi obedientẽ ꝓbeat: quo nihil est ad officia cõser uãda, accõmodatius: Ad summã ne agã de singlis, cocm totius ciuitatis cõciliatõẽ & societatẽ amare tueri, suarẽ debebis: sic tibi laus & glã nobis uero sũma felicitas erit. hortor igitẽ atqꝫ obsecro dignatõ tua iuriurãdo adhibito ꝓmittat ea cũcta ĩ reip. nr̃æ salutẽ & cõmodum seruarẽ. q̃ nr̃a iura municipalia, diuĩa hũanaqꝫ cã cõstituta iubẽt. uitabitẽ aũt piuriũ eo nãqꝫ ꝓuocatẽ deus ad ĩdignatõẽ & irã: utqꝫ inuocãtes nom̃ eius ꝓtegit: & defendit ita illud contemnentes obhorret. atqꝫ persequitur. Dixi.

Sapientes dñi a'iorum

Principia

Appetitus

¶Prætoris concio Accepturi Præturæ insignia ubi scribitur: Iustum qd. Perturbationes fugiendas. Contumeliã repellendã. Pecuniã cõtemnẽdã. ppulsandã iiuriã Tit. x.



Icet potuerim ego/ Prætor adire alias urbes. Magnifici domini: uolui tñ hanc cunctis p̃ponere/ tum reg copia/ tum ciuium clarissimorum frequentia. Itaq; dabo operã ut & amicos/ & iuuentutẽ/ & maxĩe remp. consilio & prudentia q̃plurimũ adiuuẽ. Bonos & utiles amore prosequar: Malos & inutiles odio: id enim ẽ uiri magnanimi punire sontes multitudinẽ cõseruare/ in omni fortuna recta atq; honesta retinere. Qua de re debitum unicuiq; reddam/ quod cuiq; conuenit tribuens: id nãq; iustũ appellant. Ad quascunq; res aptissimus ero/ in iis potissimum elaborabo: In cũctis omnibus Præstans/ (quæ in mea sunt potestate) iustitiam/ fidem/ liberalitatẽ modestiã / temperantiam/ Fugiam uero motus animi nimios/ rationi non obtemperantes/ idest perturbationes: quia quæ cum aliq̃ pturbatione fiunt: neq; ea constãter fieri possunt: nec ab his/ q adsunt appbari. Præterea q obiurgatões non nũq̃ incidũt/ neciæ id agam: ut ira pcul absit: grauitate tñ adiuncta: ut seueritas adhibeat: & cõtumelia repellat. Pecuniæ quoq; cupiditas a me lõge aberit: q nihil ẽ tã angusti animi tãq; parui q̃ amare diuitias: nihil honestius/ magnificẽtiusq; q̃ pecuiã cõtẽnere: si nõ hẽas/ si habeas ad bñficentiã liberalitatẽq; cõferre. iniuria nemini per me fiet: qm̃ fortes & magnai sunt hẽndi: nõ qfaciũt/ sed q ppulsant iiuriã. Semp deniq; ali qd ad coẽ reip. urǽ utilitatẽ afferã/ & mores & leges & institu[illegible]tatis urǽ inclytæ p uiribus tutãs custodiens atq; obseruans etiam iniuratus. Dixi.

Iustum

Perturbatões

obiurgationes

Pecunia

Iniuria

¶Eiusdem Concio: ubi scribit omniũ cõmodis cõsulendũ. Prauitati nõ parcendũ. Leges cur factæ. Iustitia qd. Iusiurandum ad quid pertinet. Titulo Vndecimo.



Ognitu mihi iampridem huius urbis & ciuitatis inclytæ præstantia incundæ præturæ desiderium attulit Sapientissimi domini:aduenit tandem optata dies: qua quidẽ ex animi sentẽtia ostendere possim: quanta in rẽpublicam uestram charitate semper affectus fuerim: Ea enim ratione huc me contuli:ut non solum huic ciuitati præsim: sed etiam prosim. Ac quantum in me fuerit omnium cõmodis cõsulam.Itaq; prudentia humanitate & innocentia prætoriam dignitatem ornabo:Eoq; animo:eo cõsilio :ea ratione munus & officium meum administrabo:ut obsit nemini:prosit omnibus: At prauitati non est uenia danda:nec illorum cuiquam quæ uitupe rabilia sunt:q non est crudelitas apud deum punire sontes:sed pietas. Legesq; ideo factæ sunt:ut earũ metu humana coerceatur audacia: tutaq; sit inter improbos innocentia:& Iustitiæ locus non desit.Quæ certe habitus est tribuens unicuiq; suam dignitatem:Deo religionem Parentibus obedientiam: Paribus concordiam: Minoribus disciplinã: Sibi ipsi castimoniam: Itaq; summum bonum est in terris iustitiã colere: quæ uirtus apud me semper potissima fuit: & esse debet apud omnes: secus enim nulla quies: nulla pax: nulla salus Reip.esset.In dicendo iure seueritate utar: quã scilicet neq; gratia: neq; odium mutare possit.Cui & grauitatem adiciam:& facilitatem in audiẽdo.E meis uero comitibus nemo erit: quem quæstus ullus: aut priuatum commodum a recto possit auertere. Nec aliquid mihi gratius erit unq̃: q̃ ut uestri mores/uestræ leges/ & instituta seruentur uel iniu rato.Verum ut maiorum consuetudinem & nos sequamur:adhibebimus iusiurandũ: in quo sane non qui metus/ sed quæ uis sit debet intelligi: nam pertinet ad iustitiam & fidem: Qui igitur iusiurandum uiolat: is fidem uiolat.A quo scelere semper Alienus fui/ & ero semper.

Dixi

prauitas

Leges cur

Iustitia quid

Iusiurandum.

¶Concio eiusdem: ubi scribit: In iudiciis aspiciendam esse nullius gratiam: sed æquitatē. Iracundiam pellendā: quæ Tria iuris præcepta. Ab auaritia abstinendum. Iuramenti comites. Tit. xii.



Il mihi profecto iucundius hoc tempore euenire potuit priores optimi/q̃ publico munere uestra in urbe fungi: quoniā in ea est summa tēperies/summa rer omnium affluentia/summa uiarū & domuu spécies: & quod præcipuu magna inter ciues cōcordia: quā quidem seruare totis uiribus semper enitar: Nam in iudiciis nō grām/non metum/non ullum cōmodum non meam/non alienam opinionem/sed iura leges & æqtatem respiciam: ut a recto nunq̃ recedā. Nec me transuersum traxerit quispiā/iuris & æquitatis inoffensā formulam seruātem. Suppliciū de aliquo sumpturus (Mortales.n. pcipites labuntur in uitiu) iracundiā lōgius pellam: q impossibile est indignāte opari bona. Vacabo igitur omni ptrbatione/ut tranqllitas adsit/Honeste uiuam: Alterū non lædā: Ius suu unicuiq; tribuam: Quæ tria sunt iuris pcepta/cuilibet ubiq; seruāda/ptori maxime ac iudici. Et q̃uis omnes expetimus utilitate/ad ea que rapimur: (quis.n. est q utilia fugiat: aut quis potius/ qui ea studiosissime non psequatur) Ego tamen ab omni auaritia alienus ero. Nam siq pp suum emolumētum spolient aut uiolent alios societas hominum/ comitasq; euertat necesse est. Ad quam seruandā id faciā: ut leges/ ut mores/ut istituta reip. uestræ ad unguē omnibus summis & infimis æque seruentur. quod sane & iuramento pmittā: Cuius sunt comites ueritas iudiciū & Iustitia ut fiat cū ueritate/ut discrete/ ut de re iusta & licita Dixi.

Iudignans

Iuris pcepta tria

urament communitas ustitia

¶Eiusdem Concio: ubi scribitur. Curanda esse/quæ cōmodo sint reip. Ciuiles discordias tollendas. flagitiosos puniēdos. prætoris domesticos nulli obfuturos. Iniusti

tia & Iustitia quid pariant· Temperantia quid sit. Ab ira cauendum. periurium quid. Tit. xiii.



Ellem mihi eam inesse facundiam Magnifici domini: qua possem mei in hanc ciuitatem pectoris uotum/ studium/ & uoluntatẽ ostendere: est enim eorꝫ quodlibet summũ Verũ qd uerbis explicare nõ possuꝫ re & effectu in dies magis ac magis ostendero. Nam curabo maxime id exequi: quod & gloriæ & emolumẽto accedat huic inclytæ Reip. & mihi honori maximo. Quapꝑter omnes intelligent me ut custodem non ut tyrannuꝫ ut hospitem non ut exploratorem uenisse: & publice & priuatim omnibus satisfacientẽ: ut optimi Prætoris fungar officium: Inde ciuiles discordias aut imperii maiestate tollam: aut prætorio edicto ad tempus sopire cõgam. Siquis uero a flagitiis non abstinebit: impunitus non erit. Erunt & mihi domestici omnes huiuscemodi/ ut bonis omnibus placere potius q̃ displicere possint: Nulli enim conuicium faciens: nullam humilitatem contemnent: Tam Diuiti q̃ Pauperi ad me aditum patefacient: quo iustitia præsto sit omnibus semota iniustitia: Ea nanqꝫ seditiones/ inimicitias/ contentionesqꝫ parit. Iustitia uero concordiam & amicitiam. Constatqꝫ profecto iustos ad agendum esse sapientiores/ meliores/ potentioresqꝫ q̃ iniustos: ꝙ iustitia uirtus animæ est: Iniustitia uitium: itaqꝫ si iusti simus/ quæstus qui per iniustitiam comparantur respuemus: & illæsi a superis erimus. Iniusti autem diuitias parabimus: sed etiam apud inferos pœnas dabimus eorꝫ: quæ hic iniuste cõmiserimus uel nos uel nati natorꝫ. Vtar & Tempãntia/ cũ sit illa ornatus qdam & a uoluptatibus cupiditatibusqꝫ qbusdam: ut perhibent abstinentia. Nec ira me ulla præcipitabit: immo omnia summa cum mansuetudine exequar: Sic enim ego meæ Tranquilitati & quieti/ uestræqꝫ omnium Paci & æquitati rectius consulam. Vestri etiam mores & leges & in

Discordiæ.

Domestici·

Iniustitia


Iustitia

Iniusti

Tẽperantia

stituta/cum optima sint/a me in omnibus & singulis cu-stodientur. Quod & iureiurando promittere/me non pigebit: Nec unq̄ periurium idest iuramenti transgressionem committam. Dixi. Periurium

¶ Concio Eiusdem: Vbi scribitur. Rectoris praesentia tutandam Ciuitatem. Quod est Aequum iudicandum. Dei ministros esse Praetorem & iudicem. Principatum pdesse debere populis. Iudicandū sine personarꝫ acceptione. Ab muneribus abstinendum. Tria iustitiam impedire. Periurium quando committitur. Tit. xiiii.



Icuti nauis gubernator sui pn̄tia est illius salutis causa/ suiq; absentia perditionis eiusdē priores inclyti: ita quidem rector in ciuitate/cuius ē semper grauissima & maxima gubernatio. Si enim affuerit/illam tutabitur & fouebit: Si erit absens/a prauis ea & improbis opprimet. Ne igitur id reip. uestrae amplissimae euenire posset/placuit dn̄o nr̄o ut huc Praetor accederē: Quo autor̄ uniuersae ciuitati cōsulerer̄: Neq; enim ciuitas/ neq; homo unq̄ felix erit/nisi & cū prudētia & cū iustitia uixerit Quod ut uestrae reip. minime desit/ Audiam ego omnes aequo & benigno animo: & quod iustu;/quod aequū est iudicabo: q; nō sine causa gladius praefertur: Dei minister est ꝑtor & iudex ad iniquorꝫ punitionē instructus Non me delectabit iniquitas/nō cupiditas ulla accendet Nanq; pdesse debet populis principatus/nō obesse: nec dn̄ando ꝑmere/sed consulere/ ptegere/ fouere. Bonusq; iudex sicut nocere cuilibet nescit: ita pdesse oībus nouit Iudicia igitur sine psonarꝫ acceptione suscipiā: Nec studebo auferr̄ alteri/quod mihi accedat: Nec iustitiā munere aliquo ductus opprimā: Munerꝫ nāq; acceptio ueritatis ꝑuaricatio ē: Ideoq; excutiā manus meas ab oī muner̄ hoc ē nō aīcitiae grā nō laudis adulatō/ nō reru; oblatō (iis eni; tribus cōtra iustitiā hūana uanitas militat) a bo

Rector

Ciuitas

Gladius
Praetor

Principatus

Iudex

no & æquo me auertẽt: sed cunctis idẽ & æquus fuero: ut publicæ utilitati deseruiam. Illud ergo in primis curabo: Vt uestræ sanctissimæ leges/uestræ cõstitutiões inuiolatæ seruentur. Cum sint omnes honestæ iustæ & secũdũ naturã & secundũ patriæ cõsuetudinẽ/nullo priuato cõmodo sed cõmuni ciuiũ utilitate scriptæ. Cumq; iurato mihi dicenda sententia fuerit/meminero semper cauere periurium: quod quidem quoties iureiurãdo promissa non seruãtur committi solet. Dixi.

periurium

❡Sceptri Assignatõ: ubi scribiẽ: quibus est resp. cõmittẽda. Nulla cã ab æquo discedendũ. Causis quattuor amore: odio: timore: auaritia: iniustitiam cõmitti. Concordiam seruandã in rep. Iniuriam propulsandam. quibus causis defensiones prætermittuntur. Tit. xv.

Rectores qnã



Voniam Prætor inclyte: illis reip. gubernacula sunt cõmittenda: qcunq; custodire leges possunt: & ciuitatis officia: maxime gaudemus oẽs prudentiã tuam ad nos uenisse cũcti enĩ noscimus: quãta in illa præstantia: quãta autoritas: quãta sapientia: uirtus atq; iustitia regnet. Speramus igiẽ reip. nr̃æ optime cõsultũ fore: q te prætorẽ sortita fuerit. Quẽ non aĩcitia: nõ odiũ: non terror ullus: nõ auaritia aliqua poterũt ab recto & æquo auertere. His enim causis sæpe æquitas uiolaẽ: sæpe innocentia lædiẽ: Amore: dum amico: uel ꝓpinquis placere cõtendimus. Odio/ dum cõtra aliquẽ aduersari molimur. Timore/dum alicuius metu potentis/ ueritatẽ loq pauescimus. Cupiditate dum alicuius præmio muneris corrumpimũr: A qbus uitiis aliena dignatio tua æquo iure omnibus cõsulet. Conabiẽq; toto pectore ciuitatis nr̃æ cõcordiam/qua nĩl melius reip. cõseruaẽ: Impbos puniendo. ii nanq; dirimũt coẽm humani generis societatem. Estq; iniustitiæ genus/si nõ propulsatur iniuria ab his: quibus infertur: quum quis potest id agere. Nec est in minori uitio/q̃ si parentes/ aut amicos/aut patriã de-

Iniustitiæ causa

Iniuriam ꝓpulsandam

fereret. Prætermittũt aũt defenſiones ab aliq̃bus: aut ne= gligentia: aut pigritia: aut inertia. Aut ſuis ſtudiis: q̃bus dã ue occupatõibus ſic ĩpediũt: ut eos: quos tutari de beant deſertos eſſe patiant. quod genus hoĩum eſt ini= q̃ſſimũ. Vt ergo totius patriæ nr̃æ & ſaluti & cõmodis cõſulat ſapientia tua: Sceptrũ hoc iuſtitiæ & æquitatis Regimen fauſto feliciq̃ omine accipito.

Defenſio cur ptermittitur

¶ Aſſignatio Sceptri: ubi ſcribit. Ignauũ prohibendũ ab rep. Sapientẽ omnia bene curaturũ. Reip. cõmoda con ſeruanda. Sceleratos puniendos: Probos colẽdos. Iuſti= tiæ bonũ. Iracundiã cauendam. Sine perſonarum accep tione iudicandum. Tit. xvi.

EPicurus ille prætor illuſtris Ignauũ prohibe bat accedere ad remp. q̃ rudes homines/& ueritatis ignari/illã adminiſtrare ſine mẽte/ ratõe/cõſilio nõ poſſunt. Sapiens aũt/ cum acute uideat/celeriterq̃ diſcernat/ ſufficien= ter rem omnẽ curabit. Bene igitur patriæ nr̃æ ſucceſſit: q̃ te ꝓuidum/ſagacẽ/ acutum/ plenumq̃ rationis & con ſilii prætorẽ accæpimus. A quo ꝓpterea nihil iniquũ/ni= hil indecorũ/ſed æqua omnia & honeſta in nrũm queli= bet expectamus. Obſeruabis eniꝫ bonũ & æquuuꝫ/ideſt utilitatẽ & æquitatẽ/in ſingulis rebus recte diiudicãs cau ſas: ſineq̃ perſonarũ acceptione uel diſtĩctione cuilibet ius ſuũ tribuens. Et quia maius dedecus eſt parta amitte re/q̃ omnino nõ parauiſſe: Conabit̃ prudentia tua reip. nr̃æ/quæ nunc habemus/quietẽ/pacẽ/concordiã/ & alia bona & cõmoda: ſeruare/tutari: defendere. Quodquidẽ fieri nullo pacto poterit: ſi improborũ ſcelera impunita erunt: Si q̃ quiſq̃ peſſime fecerit: tam maxĩe tutus erit: Nec hi colentur: qui ornati erunt modeſtia: tẽperantia: ac ipſa iuſtitia: Quæ uirtus oĩum eſt dña & regina uirtu tuꝫ: q̃ eius officia ꝑtinent ad hominũ utilitatẽ: qua nihil hoĩ debet eſſe antiquius. In rẽbus itaq̃ dubiis p̃ſtantia tua cauebit ne abſolutũ ferat iudiciũ: q̃ graue eſt in re dubia

Ignauus
Rudis
Sapiens

Parta

Iuſtitia

Iracundus certam ferri sententiā. Cauebit ēt ab iracundia: qm̄ iracū dus iudex iudicii examen plene cōsiderare nō ualet: cū furoris caligine p̄ssus uidere nō possit quid decoꝝ uel

Persona in iudicio· indecoꝝ sit: quid æquum aut iniquum. Nec est persona in iudicio obseruāda/sed causa: sic enim scriptū est: Nō accipias personā in iudicio. Et iterum: Non misereberis pauperis in iudicio: Nam qui cōsanguinitatis uel aīcitiæ fauore/ siue inimicitiaꝝ odio iudicium p̄uertunt: sine du bio in Christum qui est ueritas & iustitia peccare noscū tur. Quod facinus/quoniam a tuo sanctissimo pectore procul abfuisse semper agnouimus: Idcirco iam puris istis manibus tuis Sceptrum hoc accipias: quo potestas Onus & imperium totius Reip. nostræ tibi traditur & conceditᷣ: Vt oēs & iudices & p̄tegas & defenses. Dixi.

¶Sceptri assignatio: ubi scribitᷣ: Iustitiā reuocandā. faci nora expianda. Vniuersos sine discrimine iudicandos. Lucri cupiditatem fugiendam. Tit. xvii.



Erebatur Sapiētia tua p̄tor iustissime/ maiori & digniori mḡratui p̄esse: Cū doctrīa cōsilio/eloquētia excellat. Veꝝ sūma illius erga nos charitas & beniuolētia/ ciuitateꝫ hāc Veliternā cūctis p̄posuit aliis: ut saluta re uniuersi & optabile regimē haberemus .tu.n. euersaꝫ sublatāq̄ iustitiā nobis reduces: teterrimū iniquoꝝ faci nus expiabis: Quo circa cōferet tibi deus felicitatē uirtu tē/diuturnitatē: quo sis aduersus īpios rectissimus iudex: quoꝝ scelerᷣ hactenus innocētiā minus tutā uidimus: q̄ īpune facinora cōmittebanᷣ. Per te ergo nr̄æ reip. iustitia restitueᷣ/uniuersos sine ullo discrimīe iudicātē. q̄ nō cupidus/nō auarus/nō tenax: sed oī lucri studio r̄motus q̄ semp īops ē qcūq; cupit: ab oī uolūtate & cā fallendi alienus. Sublato igiᷣ ex urbe nr̄a oī malo nā pietatis ge

Aureū seculū nus ē ī hac re ēē crudelē: aureū seculū (ut poetæ uocant) idest iustū ac pacificū tp̄us orieᷣ. Idcirco age iā Sceptrū hoc manu accipito: quo ciuitatē r̄gas & modereris Mi

Sceptrum Minois nois more: is enim Iouis sceptro utebaᷣ/ idest Iouis do ctrina/ qua ciuitates moderaretur/ut Plato scribit.

¶ Assignatio Sceptri: ubi scribit e ciuitatibus claris optimos eligēdos ad Mgratū. Delicti pœnā nō omittendā. Sapientiæ bona. Quinā Iustitiæ ministri. Tit. xviii.



Egyptii prætores hūanissime e/ciuitatibus clarioribus uiros optimos eligebāt: quos iudiciis præficerēt. apud eos. n. iudicia non casu fiebant/sed ratione quia existimabāt rite facta/multum uitæ mortalium pdesse. Et punire nocentes: Auxiliūq; ferre oppssis ad phibēda scelera optimam uiā putabant. pœnam uero delicti/aut pecunia aut gratia tolli existimabāt cōfusionem uitæ cois fore. Sapienter illi quos quidem & Sūmus pontifex in te prætorem imitatus est: quia elegit eum ex urbe roma: Qui prudentia/modestiaq; & temperantia/ & iustitia cunctos exuperat: Aduertens prudentem & iustum uirū scire/quæ erga deum & homines agere atq; dicere debeat: Et sapientia duce negocia recte atq; bene pcedere: q ut sol oculorū/sic sapientia lumen est cordis humani. Sed primus sapientiæ gradus est/falsa intelligere: Secundus uera cognoscere. qui gradus ambo in te maxime uigent: quoniam acutissime uerum a falso discernis. Itaq; p tuā prudentiā malitia oīs abolebit: ut conuertat unusqsq; ab uia sua mala/& nequissimis affectionibus. Docebitur: q iustitia: quā pfidi abiecerunt: q amara sunt uitiosis/& male uiuentibus præcepta iustitiæ. Sed ubi ius rōq; pit/ illic habitādū nō ē: Iustitiæ uero ministri sunt ipsi sapiētes: q lites dirimūt: discordias sedant: iras cōponūt: homines q; hoīum utilitati cogūt inseruire. Quæ oīa executurā Dignationē tuā/nemo est/q nō arbitret. Iudicabit. n. illa ciuiū causas nō casu/sed rōne. puniet sontes & improbos: fauebit oppssis. Delicti pœnā aliquo modo tolli nō sinet. Discrodes ad pacē reducet. Iratos cōponet/oī cupiditatis ac fraudis suspiciōe remota. Trado igit hilari fronte/libētiq; aīo Sceptrū hoc/tā digno/tāq; pstāti uiro/patriæ nostræ tutori ac patri.

Aegyptiorum iudices

Pœna.

Prudens.

Sapientia.

Iustitia.

Iustitiæ ministri.

¶De Regentiũ Rempublicaꝫ Officio :ubi scribit· Qui ad Magistratuꝫ assumi debent. In Senatus collegio concordiam fore· Iustitiam seruãdam. Diligẽtiã pro reip. salute adhibendã. Cui opitulandũ· Quinam Magistratũ adipiscant. Quales iudices eligant. Leges seruandas & iniustitiam repellendaꝫ/sic eniꝫ ciues ꝑ patria salute mortem obibunt. Iurisiurandi religioneꝫ custodiendã. Periuros in Aegypto capite mulctatos. Tit. xix.

Rectores q̃les



Vm ad Magistratuꝫ assumi debeant Senes Prudentes/ & publici amatores boni/ atq; in hoc ipso ꝑ experientiam cõprobati magnifici dñi: Laudo eorum prudentiam: qui eiusmodi elegerunt. Quo circa ad unũ omnes oro ac obsecro: ut ante oĩa e uestro collegio odiuꝫ atq; simultas & inimicitiæ tollant: Nihil enim concordi collegio firmius ad remp. tuendam. Quod Liuius Salinator & Claudius Nero Consules declarati intelligentes/statim deposito acerrimo odio in amicitiam redierũt: Ne forte dissidẽtibus ipsis/ patria cuius charitas summa esse debet/ incõmodi aliquid & calamitatis subiret. Agite quæso & uos unanimes sitis ad cõmune cõmodũ & reip. salutẽ tutandã/oĩ ambitõe deposita. Sic.n. nullæ inter uos inerũt seditões/ sed sũma trãquilitas. Nec uos muneribus corrũpi oportet/ut iustitia cũctis seruet: quæ auro uiolari solet: ꝓpter quod pauper nõ soluꝫ audiri cõtẽnit sed ẽt reprobat: & reus nullã ꝑtimescit culpã: quaꝫ redimer nũmis existimat: quod ne fiat/oĩo cauer debetis: In cõsultatõibus & iudiciis ab odio aĩcitia/ ira/ atq; mĩa uacuos esse decet: q̃m haud facile aĩus uerũ ꝓuidet: ubi illa officiũt. Diligẽter ꝓspicietis/qd in quaq; re uerũ sincerũq; sit: qd cõsentaneũ cuiq;: qd cõseq̃ns: q̃ cuiusq; rei sit causa: q; paruus Error in principio maximus est in fine: Hinc Sapiens nunq̃ Potentium iras prouocabit: Sed Declinabit Non aliter q̃ in nauigando Procellam. Debent & illi omnes qui remp. gubernãt & mode-

Concordia
Salinator
Nero
Iustitia
Iuditia
Potenti iræ

rantur id agerent ut eaꝝ rerum copia sit: quæ sunt necessa riæ. Debent & ciuiuꝫ commoda defendere, non diuelle re. Debent & in Rep. defendenda cõferre multũ studii, multuꝫ operæ, multũ ẽt facultatũ si opus fuerit. ẽ & paci semp cõsulenduꝫ: quæ nihil habitura sit insidiaꝝ. Tribu endũ cuiq; p dignitate: Id enim est iustitiæ fundamẽtũ. Illudq; maxĩe officii est: ut quisq; maxĩe opis indigeat: ita ei potissimũ opitulari. Quod contra fit a plerisq;: nã a quo plurimũ sperant, ei potissimũ inseruiũt. Vtq; ciuitas hæc nr̃a optime regi possit: Curate obsecro: ut his, qui habent a natura adiumenta reꝝ gerendaruꝫ, abiecta omni cunctatione magistratũ adipiscant̃, ad reip. commoda seruãda atq; augenda: aliter enim omnia in peius ruent. Vestri aũt iudices sint, non stulti, nõ impbi: Nam stultus per ignauiam ignorat iustitiam: impbusq; p cupiditatẽ corrumpit ipsam, quã didicit ueritatẽ. Grauiusq; la cerant̃ pauperes a prauis iudicibus q̃ a cruentissimis ho stibus: Nullus nanq; prædo tam cupidus in alienis, q̃ iu dex iniquus in suis. qui sæpe cupiditatis causa, aut differt aut puertit iudicia: quũ enim iudicat, non causam sed do na considerat. Iustus aũt iudex recte iudicãs statherã in manu gestat in utraq; lance iustitiam & misericordiã ha bens: Sed p iustitiam reddit peccati sententiam: p mise ricordiã peccantis tempat pœnã: ut quædam p æquitatẽ corrigat: q̃dam uero p misericordiam indulgeat. Igit̃ sic Reip. capessenda uobis est cura: ut leges imutabiles pse uerẽt: iniustitia maloꝝ turpissimũ repellat̃. Quod si fiet Nos ciues amabimus patriam, parcebimusq; senatui: Et licet chari sint parentes, chari liberi, propinq, familiares quoniam tamen omniũ charitates patria una complexa est: pro ea nemo bonus dubitabit mortem oppetere, si ei sit profuturus. Vti & Menœceus egit: q Oraculo edito largitus est patriæ suum sanguineꝫ: Nam quũ resciuisset p Thyresiã Vatẽ Thebas semp fore liberas: & nũq̃ posse capi: si illic ipse occubuisset, Vbi cauerna & cubile dra conis erat: Libens gladio incubuit clam patre: ut mor

Reip. cura

Cui opitulãdũ

Resp. quibus tradenda

Iudices q̃les

Iudex iniquus

Iudex Iustus

Patriæ charitas

Menœceus

Epilogus

té sua libertateȝ patrie daret. Multi ergo Menœceꝭ simi
les e nostris ciuibus erunt: si uos rectores magnifici cu
rabitis/uti iam diximus/In uestro collegio concordiam
esse omni fugata seditōe: nec munere aliquo iustitia de

Consilium

prauabitur. Si optime consultabitis: Nam cōsilium scien
tia est/ inspiciendi quænam & quo pacto gerentes utili
ter operemur. Si rerum copia necessariarū in urbe affu
erit. Si ciuium & reip. commoda defendentur: si unicui
q; pro dignitate tribuetur: maximeq; egenti fauebitur. Si
deniq; sapientes rerꝫ gerendarum curā in magistratu ac
cipient. Si iudices ꝓbi/ non imꝓbi fuerint: quo iustitiæ
locus nō desit: Tūc tunc patriæ charitas cūctis aliis a ci

Iusiurandum

ue quolibet ꝑponetur. Vt ergo hæc oīa ꝑ cōmuni bo
no seruentur: Iureiurādo se quisq; astringat. Quod oliꝫ

Periuri

Aegyptii ueluti religiosam rem magni æstimabant: Vn
de periuri capite mulctabanť: ut qui & pietatē in deos

Fides

uiolarent: & fideȝ inter homines tollerent: maximū uin
culū societatis hūanæ. Sed q̄nto magis christianis iusiu
randū inuiolatū esse debet/ & periuriū caueri dicerem/
nisi prudentioribus oratio habenda esset. Dixi.

¶De Officio eorūdem: ubi scribiť. Sapientiæ studiosos
& usu peritos/ non Vulgū insipientē reip. ꝑponendos.
Et q sint imperio digni. Qualis iudex eligēdus. in con
silio doctos adhibendos/ uel usu peritos. Bene merētes
de rep. & honestis artibus imbutos merito honore affi
ciēdos. Quid prudētia sit. Quid sapiētia. Religionis cul
tū in urbe nō defore. Finē rei cuiusq; īspiciendū. Reip.
cōseruatoribus ī cælo locū cōstitui. Quot ex piurio ma
la eueniūt. Titulo. xx.

Phī rectores



Isi Phī/ idest sapiētiæ Studiosi/ & Veritatis
suspiciendæ cupidi/ciuitatibus dn̄entur pa
tres optimi: nō erit ciuitati/& hominū ge
neri requies maloꝝ ulla. Phūs aūt Vulgus

Vulgus

esse non pōt: quin etiaȝ necesse est ab eo
philosophātes uituperari: ut Plato scribit. Non poterit er

go uulgus remp. gubernare: cū neq; scire, neq; sciat se cognoscat: Sapiens uero acute uidet, celeriterq; discernit. Quam pessime igitur faciant illi: qui studiosis omissis & idiotis & illitteratis dumtaxat reip. onus cōmittūt: Ecclesiastes ostendit: Legitur enim ibi Rex insipiens perdet populum suū. Ostēdit & Vegetius de re militari ita scribens: Nullus est, cui sapientia magis cōgruat, q̄ principi: cuius doctrina omnibus debet ꝓdesse subiectis. Cicero quoq; sic: Non est enim cōsilium in Vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia: Quocirca & Hieronymus sanctus inquit, nihil eniꝫ impudentius arrogantia Rusticorum qui garrulitatem autoritatem putant: & parati semper ad lites in subiectum sibi gregem tumidis sermonibus tonant. Et Claudianus: Asperius nihil est humili cum surgit in altum. Sed quid Aristoteles? Rogatus is, Quo differrent Docti ab indoctis, Respondit quo uiuentes a mortuis. Gloriosa est enim scientia Litterarum: quoniam quod primum est in homine mores purgat: quod secundum, uerboruꝫ gratiam subministrat. Qua de re optime Strabo inqt: Omnes idiotae, & doctrinae expertes quodammodo pueri appellandi sunt Qui ergo stultus est & imprudens ut Vulgus ipse, qd sit bonū ac iustū & qd sit loqndū nescit. Maturi certe Senes & studiosi habēt iudiciū & unusqsq; bene iudicat, q̄ bene cognorit. Qua propter qui meliores sunt, ii subditis imperent: Nam hominibus impare neq; factu difficile est si qs prudēter id agat. ¶ Haec ī mediū attuli prēs āplissimi ut ciuitates illae, qbus omnino insipientes non sapiētes dominant̄, a praua cōsuetudine diuertāt. Velītq; eiusdeꝫ Platonis sentētia seniores ac sapiētiae studiosos reip. curā gerer̄. Nā Senatū maiores nr̄i appellarūt qa in senibus esset cōsiliū, ratō sentētia. Cuiusqde Platōis sanū consilium Ciuitas haec magna ex Parte seruat: Nam licet idiotae etiam Ad Reipublicae regimen admittantur recipiuntur Tamen & Sapientes: Quibus ut illorum Ducibus Res omnes prospere Succedunt: q; ipsi Pru-

Sapiens
Rex īsipiens
Princeps
Vulgus
Rustici
Huilis ī altum
Docti īdocti
Impio digni
Sermōnes in rep.
Senatus cur

Prudenter
Iudex qualis

dentes agenda dicendaqꝫ cognoscunt. ¶Iudex etiã eligẽdus ingenio bonus/prudens/multos homines/ & bonos & malos expertus. Iniqui enim iudices errant in ueritate sententiæ: dum intendunt in qualitatẽ personæ: & exhulcerãt sæpe iustos/dũ improbe defendunt iniquos.

Alioꝝ consiliũ

¶Nec uero alienum erit ad ea eligẽda quæ dubitationeꝫ afferunt/adhibere doctos homines/ uel etiã usu peritos Et quid iis de uno quoqꝫ genere officii placeat exquirerẽ Maior enim pars eo fere deferri solet/quo a natura ipa deducitur: Aliorumqꝫ iudicio pmulta nobis facienda/ & non facienda/& imitanda & corrigenda sunt.

Ciues honorãdi qui

¶Debetis etiaꝫ Rectores inclyti colere/ & aliquo digno honore afficere eos ciues: quoꝝ uita pspecta in rebus honestis/atqꝫ magnis est: de rep. benemeritos aut merentes. Quo quisqꝫ libentius uirtuti operã impendat: nam honos & præmiũ alit artes. Et quo audentius ubi opus fuerit/p patriæ salute omne piculuꝫ subeat. Si enim uirtute doctrinaqꝫ inclyti huius seculi ciues/ culti & honorati non fuerint: Minores postea & ab uirtute & doctrina uelut a lupis agnæ abhorrebũt: & merito: Cur nanqꝫ studiosi efficiantur: si pluris ignaui habẽtur q̃ ipsi? Quisue

Spes uirtutis

est tam ineptus/ tam ociosus/ut aggrediatẽ facere aliquid frustra: Ex quo nullã utilitatem nullum cõmoduꝫ speret Danda est igiẽ opera: ut cuiqꝫ pro dignitate satisfiat: Nã

Prudentia

sic in ciuitate prudentia reꝝ expetendaꝝ fugiẽdarumqꝫ scientia uigebit: Et sapientia quæ est intelligentia uel ad

Sapientia

bonũ rectũqꝫ faciendũ: Vel abstinentia delictoꝝ factorumqꝫ impborum: Et reꝝ diuinaꝝ humanarumqꝫ scientia: In qua continetẽ: deoꝝ & hominum cõmunitas/ & societas inter ipsos. Quæ duæ uirtutes nullo pacto aliq̃ in ciuitate erunt: nisi eaꝝ studiosi fuerint ab Reip. rectoribus merito affecti honore. Id igiẽ etiam atqꝫ etiam repeto(ne Resp. sine prudentium consilio ruat): Doctoꝝ & sapientum ingenia fouenda esse: Cũ sit ut etiã Lactan

Docti

tius inquit: Plus momẽti in paucioribus doctis: q̃ in pluribus imperitis. iis omissis ad ea quæ restant/pergamus.

¶Cõmeatus & urbis munitio cogitanda est uobis prio res sapientissimi pacis tempore: Et in ocio tractanda qa tunc male quæritur quando necessaria iudicatur: ¶Speculæ præterea belli temporibus oportunis locis statuendæ. Exploratores ad psentiendos futuros hostium motus destinandi: omniaq; impigre prouidẽda/quæ ad cõmissæ reip. salutem pertinere uidebuntur. ¶Illudq; ante omnia/quoniam exorabiles conuertibilesq; dei sunt/si sacrificiis uotis/libationibus placentur: ut ueri dei cultus in urbe nostra continue uigeat q; Religione sublata/nec sapiẽtia teneri potest nec iustitia: ppea phũs inquit/oportet in ciuitate aliquos esse /curam deoruz habentes/idest sacerdotes. Quod si fiet/pro nostra Rep. augenda custodiendaq; pertinax ipsius dei indulgentia semper excubabit: Nec in difficultatibus solum dei reminiscendum est: sed etiam in rebus secundis assidue: Nec solum in magnis rebus sed etiam in paruis semper ab ĩmortali deo initium faciendum: quod & cyrus ille quamuis a catholica fide alienus agerẽ solitus/ ut Xenophon scribit. ¶Præterea quoniam magnas uoluptates/maximaq; bona præbet obedientia: agendum est ut ciues omnes magistratui sint obedientes. Siquis autem in magistratu fuerit & errarit/alius Cyri sententia eius loco constituatur. Danda igitur opa est/ ut futuri sitis q̃ optimi: Nam labi & errare/nescire & decipi/& malum & turpe ducimus. Nec decet principem se bonum pstare duntaxat/uerum etiam pro subditis diligentiam gerere/ut & ipsi q̃ optimi sint futuri. ¶Cumq; finis sit optimum cuiusq; rei/q; ab eo pẽdent cætera omnia/iccirco Solonis quoq; philosophi sententia/omnis rei oportet inspicere exituz/quo sit euasura. Idq; solum bonum iudicandum est: quod honestuz sit: secus enim contra remp. fiet: quæ debet esse charissima. Vitandum etiam in reip. rebus agendis/ nequis inuidiæ metu reticeat quod sentit: fabii more/qui patriæ saluti nullius rumores præponebat. ¶Demum quo sitis ad tutandam Remp. alacriores/ sic habete/ut Ciceronis uer

Cõmeatus | Speculæ | Religio | Magistratus | Princeps | Finis | Reip. conseruatores

bis utor: Omnibus qui patriam conseruauerint adiuuerint/auxerint/certum esse in caelo diffinitum locum: ubi beati sempiterno aeuo fruantur. Colite igitur iustitiam & pietatem: quae cum magna in parentibus & propinquis tum in patria ē maxima: de salute cuius optimae sunt curae. Curat autem quisq; maxime/id quod maxime diligit Sed quid magis q̄ patria diligendu; profecto nihil: Itaq; sūma diligentia conari debetis/ Vt mansuetudo/& pietas/& innocentia/& aequitas/& tēperantia/ & fides nostra in urbe floreãt. ¶ Reliquum est/quoniam iureiurando promittetis omnia reip. iura custodire atq; defendere/ut caueatis ab omni periurio. Nam propter id fit homo similis proditori: propter id nutriuntur fraudes deceptiones/simulationes/& iniustitiae: propter id oppri muntur pauperes: uexãtur uiduae: pupilli & orphani fraudantur. Dixi.

Periurium

¶ Deliberat Senatus an pontificis legato aduenienti dona mittantur. Ti. xxxi.

Sententiae Suasoriae.



Olebant olim Romani dando potiusq̄ accipiendo externorum beniuolentiam sibi allicere Ciues optimi: hinc non solum officii gratia illis aduenientibus obuiam ire: sed in urbe ipsa & hospitium q̄ optimum/& rerum necessariarum copiam parare: quae illis publice praeberentur: & quenq̄ pro dignitate donis honestare; Quod quidem(ut alios taceam)in legatis masinissae regis apparuit: in singulos enim dona collata sunt: Nec in legatos tantum/sed in comites etia;. Pyrrhus quoq; Epirensium Rex Romanorum legatis ad redimendos captiuos castra sua petentibus quo honoratius exciperentur: ipse cum ornatu equitum extra portã occurrit. Quibus sane exemplis impellor optimum factu credere/ad uenienti legato rectores iudicem/praetoremq; simul/patriciam comitatu stipatos extra portam occurrere: hospi

Romani liberales

Pyrrhus in Ro.

tium moliri condecens: uictum parare pro facultate. Sic enim gratior apud pontificem summum/apud Cardinalium coetum nostra ciuitas erit: & legato praesenti potissimum. Is nanq; officii erga se collati non imemor ubi quo reipub. nostrae fauere auxiliarique poterit/uigil erit & promptus. Nam quis est tam demens/cui non sit exploratum passim & cõtinue p̄riae nostrae iminere aerũnas? Quas equidem eiicere ceruicibus nostris haud facile nos poterimus: Ni sũmi uiri patrocinium nostrum susceperint: Optime eniȝ historicus ait: praesidia regni nõ aurum non arma: uerum amicos esse. PARS/ALTERA. Laudanda est liberalitas Viri praestantes: sed quae circa uires erogata fuerit. Saepenumero memini/quod ẽ consultum non legatis modo/uerum & priuatis hominibus dictum fuisse. Tunc autem aerarium pecunia affluens: Nunc uero temporum culpa/nec aureus inest: nec Quadrans. Egenti ergo reip. aes alienum conflandum esset: quo munera legato darentur: Quod certe iniquuȝ esset & stultũ. Itaq; suadeo/parandum duntaxat hospitiũ publice: Adeundumq; magistratu legatum ubi aduenerit comitato proceribus urbis. Illiq; nuntiata pace cum gratia/inopiae nostrae difficultatem aperiẽdo/promptos reip. animos ad ei munera danda significabunt: uerum egestate ꝑssos nunc uotum exequi non ualere. Idq; omnibus summo dolori accedere. At cum alias/quae nunc omissa/liceat emendare Venia ab illius & humanitate & Claementiã exorabitur: offereturq;/patriam nostram pro uiribus paratam ad libita Dignationis suae: Dixi.

Anici

Liberalitas

¶QVARTVS Sermonuꝫ libellus de fide publica. De Gratiarꝫ actiõibus: Cõtinet Sermões.xxiii

¶Fides publica prætoris optimi. Tit.i.

CVm inclytus & generosus uir Ioãnes baptista rõanus Ciuis q̃ optimus ueliterna in urbe prætor æquissimus/fortiter/Iuste/modeste/prudenter/magistratum suum per ãnum gesserit:Eo etiam abnuente uoluimus ueliterni priores fidem præsentibus litteris gestorum suorũ omnibus facere:eo enim aĩo / ea mente/ consilioq̃ & labore sũmo pro reip. nostræ salute inuigilauit:ut nihil supra in nostrum poterit cõmodum fieri. Nam puniendo mansuetudine/ iudicando æquitate/gubernando moderatione & dilĩgẽtia maxima/profusaq̃ liberalitate utebatur. Vnde ueliternorum omnium animos ita sibi asciuit:ut om nia pro eius cõmodis onera subire quisq̃ non solum non renuat:uerum maxime optet. Gratias igitur omnipo tenti deo/sũmo pontifici/nostroq̃ benignissimo protectori Iu. sancti petri ad uincula Cardinali/ atq̃ eius ipsius uirtutibus agimus:& habere non desinemus. Assiduis etiam precibus Deum exorare conabimur: Vt qualem prætorem ostendimus/Reipublicæ nostræ iugiter habere contingat.hæc uelitris Anno christianæ salutis.M.cccclxxxxiiii.pridie calendas Nouembres.

Fides publica Notarii diligentis. Tit.ii.

QVicunq; has uiderit litteras animaduertat: inclytuꝫ omniq̃ uirtute ornatum Ioanneꝫ palinum Choranæ urbis ciuem nostra in ciuitate ueliterna Semestre maleficiorum officium tam oportune/ tam diligenter/tã placide executum esse. Vt in eius præconia laudum referenda disertissimi eloquentia opus esset. Est eniꝫ ad omnes res aptus/patiẽs/liberalis/modestus/ temporibus callidissime seruiens. Itaque merito has sibi litterulas per ce

lebcrrimum uirum Dominicum Ciuem Alatrinatem/ & iam nostrum/nostræq; reip. scribam fecimus exarari Veliterni priores: Magnoq; nostræ reip. sigillo muniri. Anno christianæ salutis. M. cccc. lxxxxiiii. Idibus Noue.

¶ Fides publica prædicatoris egregii. Tit. iii.

FIdem facimus Veliterni priores hæc inspecturis: qualiter Reuerendus theologiæ magister Stephanus ferrariensis ordinis beati Dominici. Anno præsenti. M. cccclxxxxv. sanctissimæ quadragesimæ tempore/ Velis ii; q̄ optime/ q̄ diligentissime/ q̄ acutissime prædicauit: adeoq; honeste uixit: & rite & decentissime passim apud nos sese gessit: q; præsenti quidē sæculo Veliternis omnibus/ eius insignis & grata memoria nunq̄ delebitur. Itaq; nos probitati suæ obnoxios reddimus: Atq; ut summæ facundiæ summæ uirtutis eius appareat testimoniū/ hæc nostro perpetuo & antiquo sigillo notari fecimus. Velitris Aprilis tertio Idus

¶ Fides pu. Grati prædicatoris: Tit. iiii.

PAteat/ constetq; omnibus: quotquot p̄ntes litterulas uidere contigerit: Vti. D. Ant. de. P. dignissimi Domini. I. Cardinalis sancti petri ad uincula Vicarius ueliternus in spiritalibus/ testimonium p̄bet/ præstantem & reuerendum patrem Magistrum paulum ordinis minorum hoc āno. M. ccccl xxxxv. Sanctissimæ quadragesimæ tempore prædicasse: & plurimorum confessionem audiuisse Velitris in cathedrali ecclesia beati clæmentis. fuisseq; oībus adeo gratos/ salubrisq; etiā eius sermões mellifluos & uitā sanctissimā: q; eius sane digressu non parū ueliterna ciuitas condolet & tristat̄. Sūma nanq; uir laude dignus: & quo p̄stantiorē pluribus ānis nec uidimus/ nec audiuimus Christi p̄conē. Qui aūt hæc asserit testimoniū perhibet: proprioq; sigillo impressit Aprilis pridie Idus.

¶ Fides pu· Sũmi prædicatoris· Tit· v·

Dignissime pater & dñe/Cum prius multa propter & maxima in me beneficia excellentiæ tuæ deberem: ulterius tamen onus accessit. habuimus enim Velitris tua agente benignitate diuinæ scripturæ præconeʒ peritissimum quidem/Episcopum lauellenseʒ/ omni uirtute & doctrina exuberantem: omni honore & laude dignissimum. Qua de re non solum dilectus sed amatus/cultus & ueneratus fuit a cũctis. Nec iniuria. Virtus & enim allicit omnes ad se amanduʒ: nec tantum p̃ntes: sed quos etiam nunq̃ uidimus. Multos antea diuersis temporibus insignes & eloquentissimos uiros palam concionantes habuit nostra ciuitas: sed qui magis omnibus satisfecerit neminem præter laudabilem & eximium lauellensem Ep̃m. Quid nam igitur tuæ benignitati pro tanta gratia precer ac optem ignoro: nisi ut Deus bonorum autor omnium tua uota sanctissima secundet ubiq̃. Viue & uale sapientissime Domine/Meæ sũmuʒ decus honor/spes/tutela/& laus p̃riæ. Velitris. M· cccclxxxxv·

¶ Fides pu· Disertissimi prædicatoris· Tit· vi·

Sapientissime pater & Dñe/ Sæpius prædicatum est apud nos apte/distincte/ornate/facundeq̃ etiam: Vt uero p̃nti ãno uix unq̃: lauellensis enim Ep̃s sanctarum uirtutuʒ præcones omnis excelluit. Quocirca nostra in urbe Nomenq̃ decusq̃ eo pacto adeptus ẽ ut diutius eius memoria ueliternis animis cõmoretur. Agimus igitur gratias ĩmortales Amplitudini uestræ q̃ talẽ tantũq̃ uirum nostram in patriam miserit. Cuius p̃fecto ciuibus quanta sæpissime de uestra benignitate retulerit/eam plurimum laudans: in primisq̃ de sũma ĩ nostrã patriam beniuolentia/ nullo pacto exponi posset. Itaq̃ pro eiusmodi meritis iugiter in uestræ salutis graʒ

deum orare non desinemus. Cōmendamus interim plurimum sapientiæ uestræ lauellensem Epm: Cum uir sit tanta uirtute, facundiaq; ornatus, Viue & uale nr̃æ p̃riæ, Nr̃i cleri portus, & aura. Velitris. M.ccccLxxxxv. Aprilis idibus.

¶ Gratiarum Actio conuiuis habenda. Tit. vii


LEgitur Magnifici Dñi: Euandrum arcada suscepto in hospitium hercule, maximo quidem gaudio, sūmaq; hilaritate affectū esse: hercules. n. heros, Euandri humilem domū ingredi, co'ereq; etiam dignatus erat, haud aliter meo dño hodie accidisse cōspicio uiri egregii. Tota enim mens eius, animusq; exultat: & domus, ut ita dicam ridere passim uidetur. Cum tanti uiri hoc suū qualecūq; contubernium adire dignati fuerint: Cōuiuioq; interesse: in quo certe ciborum apparatus nō optimus, ministriq; non satis idonei affuerūt. Non defuit autē meo Dño uultus hilaris & iucundus: nō læta frons, benignusq; animus. Quæ sane omnia (& si cætera desint) potissima in conuiuio requiruntur. Siquidē inter amicos non ciborū elegantia regifico luxu apparata: Verūtamē uultus ipse iucūdus, benignusq; animus (quæ pfecto hic minime defuerūt) inesse debent. Itaq; eius animum præstātissimi uiri conspiciētes, facile tali cōuiuio ueniā tribuetis. Dixi.

¶ Actio Gratiarum Comitantibus & officiosis habenda. Tit. viii.

SI cuncta mei corporis membra uerterētur in linguam: & omnes artus humana uoce resonarent: non propter id penitus uestræ satisfieret benignitati Venerādi patres, & optimi ciues. Semper enim uestra in me grã, urã beniuolētia, urã charitas pmpta fuit: quotiescūq; oportuit uel me uł meorū aliquē celebrari & honestari. Qua de re prius īcipiēt columbæ uitare turres, &

feræ antra:pecora herbas/& mergi aquas/q̃ meritorum obliuio meum subeat animum. Cumq; ego nec in præsentia/nec et unq̃ tanti esse possim/ut tot meritis satisfacere queam:Superos oro ac obsecro ut & mihi & cunctis agnatis & affinibus item meis concedant/posse usum cuilibet debita præmia reddere. Oro et ut Vestræ humanitates æquo animo ferant prandiolum/qualecunq; parauimus:Considerentq; non res appositas/sed mentem potius & animum nostrum erga omnes & singulos meritó benignissimum. Sciratq; nos ipsos/nostraq; bona siqua erunt/perpetuo cuiusq; uestrum opportunitati & cõmodis parata esse. Dixi.

¶ Gratiarum Actio Comitantibus & officiosis habenda. Tit. ix.



Iquis ingenio facili/copioso/suaui/esset: & ornatus in loquendo/facilis in explicando/potens in persuadendo Viri p̃stantes: Nullo quidem pacto posset ille tãto officio gratias agere:quãto uos me hodie usi estis. Quo modo igitur ego id exequi potero/Cuius sermo ieiunus est/neq; habens uim persuadendi/neq; subtilitatem argumentãdi. Quali certe hoc in loco in p̃ntia mihi opus esset. cũ uestrũ quilibet promptissimus fuerit/ad me comitandum & honorandum/hac in re mihi longe gratissima. Deniq; quoniam ipse non possum nec agere gras decenter/neq; referre aliqua uia: Dii referant. Ego habebo semper: q; uestri imemor haud unq̃ ero: Nec quisq̃ arguet me ingratum fui non meminisse. Vos ergo uelis ut nullam rem/neq; tam magnam neq; tam paruam putetis:quæ mihi aut difficilis aut parum me digna uideat: Omnia quæ uestris in rebus agam/non laboriosa mihi/sed honesta uidebuntur. Nam & uos omnia reliquistis/quum uestra opera uti uolui. Dixi

¶Actio Gratiarum conuiuis habenda nuptiarum tem-
pore. Tit.x.



NOn minus interdum oratorium est, tacere
q̄ dicere patres optimi: Aequius itaq; esset
me hic silētio uti q̄ oratione. Quid enim
laude dignum exprimere ualeo deficiens
orādi usu assiduo: qui ut legitur uni rei de-
ditus & ingenium & artem sæpe uincit: Impulsus ta-
men, & ura benignitate fretus hic adsum: Vbi ni mihi
uere constaret uestras humanitates Matrimonii totam
materiā q̄ optime nosse, aliqua dicere nō refugerē. Nūc
ergo alio tēdam. præclarissimi ciues non liuii, non cice-
ronis facundia, nō græci poetæ homeri, qui cunctis elo
quentiæ partibus exemplum & originem dedit, posset
digne ac plene uestris humanitatibus agere gratias, con
sideratis grāta societate & omnium beniuolētia erga ho
diernum sponsum. confugio igit̄ ad sūmi dei clementi
am oroq;, ut tum patrui mei q̄ optimi sacerdotis, Cano
niciq; reuerendi Leonardi, tum charissimi patris nomi-
ne, tum mei dulcissimi fratris hodierni sponsi, dignet̄
oībus grās referre, & digna p̄mia. Cumq; pn̄s conuiuiū
non amplum, non affluens, non lautum, non diligenter
paratum fuerit, uti decebat. a uestrum quolibet ueniam
petimus, Vestro cōmodo nos, nostraq; omnia: & omni
loco, & omni tempore offerentes. Dixi.

¶Gratiarum Actio comitantibus & officiosis habenda
per clericum nouo beneficio honestatū. Tit.xi.



LEgerā uiri sapientissimi, Diuinæ legis ca-
put esse primum: Deum nosse. Soli obtē- Deum noscēs
perare: solum colere: Nec posse quenq̄ ra
tionē hominis optinere: qui parentes aīæ
suæ deū nescirent: quod ē sūmū nefas. lege
rā quoq; inutilē eē deo: qui fide ac deuotiōe careret: At- Deus hono-
q; deū honoraueris, hoc affici p̄mio: ut sit in æternū bea- randus.

tus:fitq; apud deũ/& cũ deo semper. Vt ergo deum co-
gnoscerem/illiq; obtemperarem/ rationemq; hominis
optinerem/& fide ac deuotione magis afficerer/quo es-
sem in aeternum apud deum beatus/ad Sacerdotiũ mẽ-
tem & animum direxi:non autem lucri & auaritiae cau-
sa/ut multi solent: Sed tamen quia & sapiens & iustus &
caeteri rebus his indigent/quae neccessariae sunt ad uitã
scribente philosopho: Icirco beneficium hoc a plentis-
simo domino mihi collatũ libentius accepi:sed eo ani
mo/eaq; mente/ut ex hoc ipso egentibus portionẽ sug
geram:haec hactenus/ne quis me habendi cupiditate du
ci existimaret. Reliquum est/ Vestris gratias agere pru-
dentiis/cum tam erga me officiosae benignaeq; fuerint:
Sed cum dicendi mihi facultas desit/fateor me id imple
re non posse: Assero tamen mei ipsius ante me obliturũ
q̃ meo pectore tanta benignitas & humanitas excidat:
Et prius anima haec in auras ibit/q̃ gratia uestri meri-
uana fuerit. Dixi.

Diuitiae ne-
cessariae

¶Actio Gratiarũ per eundem habenda. Tit. xii.



ET si omni gñe litterarũ peritus essem/& i
eloquendo facilis & comptus uiri clarissi-
mi:haud unq̃ id efficere possem/ut tanto
coetui tanq; digno satisfacere ualerem. Om
nino tamen uoti mei rationem ostendere
non pigebit. Erit autem huiusmodi. Quoniam iustus ac
sapiens nemo est/nisi quẽ diis praeceptis caelestibus eru-
diuit/Et quisquis rectum uitae iter tenere nititur/non ter
rã debet aspicere/sed caelũ:Et deo seruire caelesti/nõ ad
corpus referre omnia/sed ad mentẽ:non huic uitae dare
operã/sed aeternae: Iã multis elapsis mensibus decreueram
ego uiã excogitare:qua & iustior/& sapientior/& deo gra
tior fierẽ. Itaq; nihil potius mihi occurrit/q̃ religiõi/idest

Iustus
Sapiens

Deo seruiẽdũ

sacro ueri dei cultui/me penitus tradere. hac re igitur to to animo prius ad sacerdotiū uenire, constitui: nulla impulsus argenti uel auri cupiditate/sed mera in deum ipsum omnium patrem & dominū pietate: Quod ut mihi ad corporis & animæ salutem accedat/pedibus & manibus/corde & opere nitar. At diceres/Si nulla rerū cupiditate mouēris ad dei cultum/cur nam beneficio gaudes: hinc illud respondeo/quod & philosophus scribit. Virtutem ad beatam uitam minime sufficere: quoniā ea corporalibus bonis/exterioribusq; indiget: Et miser atq; infelix erit sapiens/siue doloribus afficiatur/siue inopia & cæteris huiusmodi incōmodis pͥuatur. Ego autem solo uictu & uestitu contentus reliqua omnia pauperibus impertiar: Non enim me latet/ecclesiarum bona pauperū patrimonium esse. Aperta sacerdotii mei/acceptiq; beneficii ratione pr̄es inclyti: Iam ad gratiarum actionem uenire operæ pͥtium esset: Nam uideo cunctorum animos oī honore meo & cōmodo mirifice exultantes: Video mei honoris grā/sine mora unumquenq; ad beneficii possessionem accipiendam/me comitatum esse/pro quibus meritis ut referatur gratia/non est opis nostræ: Me tn̄ uestrum fore mancipium in omne tempus polliceor: Nam prius flumīa in fontes supino cursu redibunt q̄ gratia uestri meriti possit a me abire. Dixi.

Diuitiæ necessariæ sunt

Ecclesiaꝝ bōa

¶Gratiarum Actio habenda per eundem. Tit. xiii.


Vm solus homo præter cæteras animātes rectus corpore ac statu sit/ Reuerendi patres: ut ad contemplationē parentis sui excitatus esse uideatur. Ideoq; sermonem solus acceperit/ac linguā cogitationis interpretē: ut enarrarē maiestatē dn̄i sui posset: q; dei timor solus ē: q: quē uita ipsi subsisticeē: mūitur: gubernat: Solusq; etiā Deus ē/qui æternæ uitæ præmiū largiē: Visū ē mihi

Homo cur rectus

Lingua cur.

Dei timor.

& honori & commodo corporis & animæ fore/si ad contemplationem ueri dei accederē: Cuius eucharistia & ordo sacerdotalis gratia & uirtute nos fulciūt. Sed q̄a altari seruiens altaris oblationibus uiuerę debet: Ne ego egestate p̄ssus lucra sæculi in christi militia quærerē/be neficium præsens honestioris uitæ gratia cōsecutus sui: Et quāuis nemo tam prudens/tam circūspectus esse po

Labens

test/ut non aliquando labatur: Conabor tamē uerus dei

Dei sacrificia.

cultor esse: Cuius quidem sacrificia sunt: Mā suetudo ani mi & uita īnocens/& actus boni. Cæterum animaduer tens Ego maxima erga me uestra officia/beneficia/me rita/& honores/sūmum deum oro/ Exoremq; opto: ut & cunctis & singulis digna præmia reddat E/diuerso āt & me & meos omnes/ac domum/& quicquid inest/ue stris prudentiis offero ac trado/ita quidem ut uoluntatē sequatur effectus. Dixi.

¶ Actio Gratiarum per eundem habenda. Tit. xiiii.



Tiam oratoria uirtute eminentissimus Re uerendi patres & Domini/ Vestro in me officio dignas agere grīas nō ualeret. Q uā to minus igitur Ego: in quo nulla eloquen di facultas/nulla narrandi iucunditas/nulla ī genii hubertas/nullum mentis acumen inest! Denicq; ne penitus ingratitudinis arguar: In primis Deo ipsi opti mo maximo gratias ago: qui uenerabili Sacerdoti pa truo meo dignissimo Archip̄sbytero mentem & ani mum inspirauit: ut hoc ipsum Beneficium mihi renue ret & largiretur. Inde uero eide; Archip̄sbytero: quoni am huiusmodi animi sui conceptum est executus. Ro goq; sūmum deum continue illi concedat ut plurimis maximisq; muneribus me afficere ualeat. Ago etiā grās pientissimo Dño Cardinali/q nr̄æ certissima salus priat: Cū is patrui mei hōestissimæ uolūtati & desiderio obse qui sit dignatus. agimus idē & uenerādo pr̄i uicario nr̄i

Cleri maximo ornamento: qui mihi summo studio, cu-
raq; diligenti collati in me beneficii possessionẽ tradidit
Postremo & uobis aliis sacerdotibus reuerẽdis, Vobisq;
ciuibus praeclarissimis: Omnia enim a uobis in me pfe-
cta sunt: quae meum cõmodũ, quae ad honorẽ, quae ad di
gnitatẽ ptinerent. Itaq; dei numina rogo, ut mihi, & me
oq; cuilibet dent & concedant posse digna praemia ue-
strae humanitati reddere. Dixi

Gratiarum Actio Electi praeceptoris Senatui populoq;
mittenda. Tit. xv.

PRudentissimo Senatui populoq; Veliter-
no Antonius Mãcinellus. Accaepi hodie
V. D. litteras: quibus plectis cognoui quã-
ta in me beniuolentia illae afficiantur. Nul
lis enim praecibus, nullo ambitu praecedẽ-
ti sponte electus su; & confirmatus publicus litterarũ lu
di praeceptor. Quod sane mihi longe iucundius, q̃ si ul-
tro id petiissem. itaq; perpetuo tãti in me officii memor,
talis ero ut nullius unq̃ ingratitudinis argui possim. Co-
naborq; in cõmunicandis doctrinae praeceptis. sũma uti
facilitate, sũmaq; diligentia: Ad eaq; tradenda promptus
occurram. parentis loco succedam. laboris patientissi-
mus libenti animo, fidoq; pectore, siquid in me doctri-
nae fuerit, Venientibus tradam. Quantoq; sciendi cupi-
diores uidero, eo promptior ad docendum. Stipẽdii ue
ro, ut i lr̃is patet, cõditiones accipio libẽtissimae. Valete
p̃riae certa salus. Haec Velitris. xv. cal. Iul. M. cccc. xciiii.

Actio gratiarum Electi praeceptoris. Tit. xvi.

SEnatui populoq; Fulginati. Ant. Mancí-
nellus. Nonis Octobribus litterae. V. D.
mihi perlatae fuerunt: quibus quidem pu-
blicus uestra in urbe amplissima ludi litte-
rarii praeceptor designatus erã. placet urbs
Ager, Ciuitas: itaq; perlibenti animo istuc aduolassem:

nisi prima ille iampridē irretiuisset. Die.n. quintodecimo ante Calē. Iul. me Senatus populusq Veliternus pacto ciuem elegerunt: Cum triduo prius Venetiis rediens, eo appulissem. Conferunt autem propterea mihi Aureos octoginta Cuilibet argenteos decem a Carolo cognomen sortito s annumerantes. Conditionem accepi libentius, q in patria: Et si mihi Venetiis adhuc moranti Sibnicenses Dalmatiæ populi Venetos aureos Centū cū domo & schola obtulissent. hæc hactenus. Reliquum ē: ut. V.D. gratias agam, & habere non desinam, eo maxime, q me id etiam non petentem inter candidatos ultro elegerunt. Quod munus iccirco longe gratissimum Non enim is solum gratus esse debet: qui accæpit beneficium: uerum etiam is, cui potestas accipiendi fuit. Dolore inde afficior Voto inclytæ ciuitatis obsequi nō ualere. At ubi primum occasio dabitur alias, Velis & eqs ut aiunt obsecuturum cognoscite. Interim uiuite, Valeteq feliciissimi semper. Velitris Octauo idus Octobris. M.cccclxxxiiii.

¶Gratiarum Actio Electi præceptoris. Tit. xvii.

INclyto Senatui, populoq Veliterno Antonius mancinellus. Aristoteles ille philosophorum sūmus dicere solebat Amicis atq discipulis: Aspectū qdē a cōtinēti aere lumē accipere. Animum autem a disciplinis liberalibus. Rogatus etiam, quo differrent docti ab indoctis: quo inquit uiuentes a mortuis. Cum itaq magnificentiæ Vestræ, id curare non desinant: ut iugiter atq assidue insignis Veliterna Ciuitas præceptorem habeat: unde pueri atq adolescentes animi lumen: hoc est prudentiam bonorum malorumq scientiam: & sapientiam humanarum diuinarumq rerum cognitionē hauri re possint: habeanturq uiui non mortui: idest sagaces & prouidi: non demētes, non stulti. Laudandæ sunt maxime: quid enim Ciuitati cuiq honori est, atq saluti: nisi

opti morum/studiosorumq; ciuium coetus: profecto ni hil. Curabo igitur: ubi me tali prouinciae praeesse decreuistis: Siquid in me uirtutis/doctrinae ue fuerit id omne summa diligentia omnibus impertiri. Omnisq; labor & omne studium mihi oblectamento erit: dummodo me audientibus prodesse ualeam: ipsisq; proficere. Ad quod ego quidem manibus & pedibus (ut in prouerbio est) noctu atq; interdiu nitar: Eroq; idem minimis: Idemq; summis. omnes & enim pari amore prosequar: in omnes pari diligentia utar. Et quia V. rae placuit benignitati me potius q alium quemq; Scholasticorum disciplinae adhibere gratias ago etiam atq; etiam tanto officio/tantisq; meritis: Nec unq obliuioni tradam: quot quantaq; ego a Senatu populoq; Veliterno hactenus benificia multis preteritis annis habuerim. Itaq; paratus ero: dum uita fruar: pro tali resp. uitam quoq; non solum fortunae bona essundere. Mercedis deniq; docendiq; operae & laboris conditiones promptissimo pectore annuo atq; recipio: nil enim mihi gratius esse potest: q & Ciuium/& magistratuum obsequi desiderio atq; menti. Deum quaeso optimu/Maximum/tum mihi tum reip. nostrae felix/faustuq; fuerit. Valete iam: Viuiteq; fortunatissimi patres optimi/patriae decus atq; praesidium. haec Velitris. xii. Cal. Iulias. M. cccclxxxxvii.

¶ Responsio Electi praeceptoris Docendi onus incunatis. Tit. xviii.



Agnificis/Sapientissimisq; pacis conseruatoribus Oruietino populo praesidentibus Ant. Macinellus. Prouidentiae V. rae litteras (quae. vi. Maii Cal. Oruieti scriptae fuerat) Maii quarto nonas i pria recaepi. Quibus sane perlectis/aduerti oblatos mihi p annu; Aureos Citu; & domum/& scholam/& hypodidascalum/Aduenarumq; discipulorum mercedem. Quocirca istuc accedere quaprimu summo studio conabor/no tm mediusfidius stipedio ductus q tu summa i me Oruietenae Ciuitatis in

clytæ meaq; in illã beniuolẽtia. Erit aũt accessus ad idus iunias/uel citius si fata dabũt/& iter. E patria ultima qdez Maii hebdomada Romã uersus migrabo: ubi paulum moratus/habitoq; tutiori comitatu/me Oruietuz cõferã. Nulliq; tædio fuerit meus serior aductus: Quid eniz re fert mense citius uel serius uenisse? pfecto nihil nihil in quã:q; amissi mensis usurã diligentia mea resarciã. quod certe re ipsa pbauero. Cũ & æstu/& hyeme uno eodẽq; modo p discipulorz profectu laborare non desinã. Interim uero Valete omnes Patriæ Decus. Hæc Velitris Quarto Nonas Maii. M. CCCC. XC. VIII.

¶Electi Præceptoris Responsum; Stipendii conditione annuentis. Tit. xix.

INclytis pacis Conseruatoribus/ Oruietino populo præsidentibus Ants Mancinellus. Platonis sententia est: In primis Iuuenũ curam suscipiendã: ut q̃ optimi uiri fiant: Nec esse diuinius aliquid: de quo homines consulere queant: q̃ de sui & suorz eruditione. Itaq; nulli rei maiorẽ diligentiam adhibere debeat prouidus/q̃ ut filiũ & scium & optimum reddat: q; scientia duce negocia & recte & bene pcedunt. Scientisq; officium est/ non diuitis/de unoquoq; consulere: Ignorantia aũt malorz omnium fere causa est: & uituperãda inscitia/ & stolidus habitus. Nemo igitur felix erit/nisi & sapiens & bonus fuerit: sic enim cunctos & amicos & familiares habebit: utilis nanq; & bonus erit. Insipienti uero nec alieni/neq; pinqui sunt amici. beneq; nati/si bene etiam nutriantur/ ita demum ad uirtutẽ peruenniunt. Vt ergo inclytæ ciuitatis Oruietinæ pueri/his imbuantur: quæ iuuenes sapiant Viriq; & sibi/ & patriæ consulere possint: Iure optimo instituere maiores: ut tum scientiæ/tum uirtutis hac urbe insigni/ stipẽdio publico præceptores iugiter haberent. Quod quidẽ Vestra item summa prudẽtia exeq uolens

Me licet eruditorum minimum, ãno superiori electum: præsenti quoq; adiectã etiam stipe irretiuit. Cum enim florenos Centum & quinquaginta: cuiq; decem fluentinis grossis ãnumeratis: priori munere exequẽdo, & domum, & hypodidascalum, Externorumq; discipulorum mercedem, habuissem: adiecti sunt quattuor & quinquaginta, ea quidem ratione: ut ego omnium curã sub mea qualicunq; disciplina studio incumbentium geram: externiq; omnes: nulla mihi ab eis tradita stipe, doceantur Ipse uero conditiones litterarum. M. V. omnes animo per libenti Accipio: eoq; maxime, q alter etiam diuerso ludo discipulorum partem conductus quoq; (ne turba infantium adolescentium studium impediret) prima docebit elementa: Daboq; pro uiribus operam, Necui mea quantulacunq; docendi facultas defuerit. Singulisq; diebus mecũ proficient: Valete iaʒ patriæ lumen. hæc Oruieti nonis maiis. M. cccc. lxxxxviiii.

¶Responsum Electi præceptoris, non ualentis eligentium uoto obsequi. Tit. xx.



Agnifico & illustri Senatui, populoq; fulginati, Ant. Mancinellus: Calendis Iuniis, hora diei tertii. D. V. litteræ mihi platæ fuerunt: quibus quidem litterarii ludi præceptor fulginiæ designabar. Solet enim ciuitas uestra inclyta id curare assidue, ut eius pueri atq; adolescentes, uiri euadant. quod certe probandum maxime. Plato etenim illos arguit: qui omni studio pecuniis cumulandis incunbunt: filios autem quibus eas relicturi sunt negligunt. Existimatq; insaniam esse: curasse primũ ut filii ex matre generosissima nascerentur: deĩde, ut amplum illis patrimonium relinqueretur: eorundem uero educationem negligere. hinc cæteris omnibus prætermissis omni studio niti quisq; debet: ut q̃ sapientissimi eius filii euadant. Ad quod item & Aristippus hortarur:

Melius enim esse dicebat, mendicum euadere, q̄ imperi tum: q̄ illic pecuniis, hic eruditione est opus. Illud autē in primis summo quidem mihi dolori accedit: q̄ nec olī quinquennio iam praeterito inclytae ciuitatis uestrae optatis obsequi potuerim minime: nec in praesentia. Calendis enim maiis hora secunda diei magnifici Oruietini conseruatores pro altero anno me ultro confirmauere: Additis priori stipendio florenis Oruietinae monetae liiii. Dederāt enim mihi priori anno florenos. Cl. & domum contubernii mei: & scholam: & hypodidascalum aduenarumq; scholasticorum mercedem: Exceptis eorum subiectis ex comitatu: praesenti uero, q̄ mihi filius est annorum. xix. aptusq; erudiendis pueris, florenos illos. liiii. addidere: hoc adiecto, ut externi omnes quotquot mea sub qualicunq; disciplina studium impenderint, absq; mercede aliqua, edoceantur: promiserunt etiam illi, qui anno praeterito hypodidascalus meo in ludo fuerat, florenos. liiii. qui iam domi suae, non mecum ut olim docet. iis igitur causis conditionem accepi: & q̄ filius quoq; lucraretur: & q̄ alter conductus etiam, laboris pene dimidium mihi demeret. fulginiam mediusfidius me libentissime conferrem, si liber essem. Nam uix dicere possem, q̄ mihi urbis situs, Ciuitatisq; comitas placet. Sed cum non liceat pacta reuocare, Oruieti futuro anno superis annuentibus immorabor. Cui sane tertio Idus Iunias Initium fuerit. Siqui ergo fulginates pueri, Adolescentes ue Oruietum peterent: illis operam meam polliceor, ac propriis filiis: maximo enim fulginatū quenq; amore prosequor: Optoq; id semper agere: qd̄ illis & cōmodo, & decori accedat. Valete iteri insignes pr̄iae p̄ceres: haec Oruieti Calē. Iuniis. M. cccclxxxxix.

¶ Inuitati, ānuētisq; p̄ceptoris petitio. Ti. xxi.

a Ntonius Mancinellus illustribus fulginatum prioribus, Quarto nonas maias. V.

D. litteras accepi: fuere quidem gratissimi: q aliquando Inclytæ Ciuitatis uoto obsequi ualerem. Decreueram functus hic docendi officio, Romam petere: ubi alias quinquennio publice sum professus: si forte omnipotenti placuisset. nil enim opto unq mihi euēturum nisi quod ille optimum fore præuiderit: Accipio igitur dei numine oblatam conditionem: At illud agendum censeo: nequis interciperet, Oruietini præsertim: q hactenus me in futurum annum iccirco minime confirmarunt: q pestis hic infuit: non tamen ea: quæ unq me ab docendi cura abstraxerit: Iam uere extincta est: frusticari attamen solito more posset: quod absit. Ne igitur aduersari possit cōmuni desiderio ullus, quampri mum. V. D. mihi respondeant: ut nexus priori fœdere, futuro expediar. Quod autem docendi stipendium dari mihi optarem: illiusmodi fuerit Contulere hoc anno mihi Oruietini florenos. CCiiii. idest aureos Centum & trigiita sex: cuilibet Caroli argenteos decem annumerantes, nulla dempta portiuncula. Soluerunt & scholæ pensionem: intus in qua & ipse habito: sic enim discipuli magis proficiunt. Stipendii portionem pro rata mensis quoq dederunt: illorum etiam mensium, quibus ob pestem superiori anno extra Oruietum fueram: debetur enim: ut scitis, ex lege, Si uero Senatus, populusq fulginas mihi stipendium conferet florenorum. CCx. nulla dempta portiuncula: Donarintq & uindemiæ mensem hoc est a septembris medio ad octobris idus. tunc enim in romanis bibliothecis discipulorum gratia & profectu uersari soleo: quo antiquis codicibus euolutis Aeneida, Valerium maximum, Martialem, Solinum Persium, & huiusmodi: quorum quidem paraui iam nouas īterp̄tatiōes: ubi oportuerit emēdare facilius ualeaz. Q d certe Oruietini ēt cōcesserūt: Ipse & Ciues & aduēas sine mercede ulla iugiter & diligēter edocebo: affecēt tñ ex p̄rio mor̄ Munuscula. hypodidascalū ipe ducā

est enim filius mihi tali officio assuetus/atq; idoneus. Pr
terea docendi munere hic quarto idus iunias defunctus
ero:itaq; istuc intra iuniũ me cõferrẽ. Valete prīæ certa
salus & decus. hæc oruieti Tertio nonas maias. MD.

Cõmendatio pristini Clientis. Tit. xxii.

Gaudet animus/gestiunt membra omnia/
Dignissime Domine præsentia tua: Illa. n.
priuatus ego mærore assiduo & acerbo lu
ctu conficiebar. Nunc autem e contrario
lætitia omniq; iucunditate affluere uideor.
Conspicio nanq; meæ spem/decus tutelam/auxilium ui
tæ. Quocirca uelit oro Dignatio tua Ioanni baptistæ
cuius olim fuerat amantissima/pristinum locum/ solitã
gratiam/gratam consuetudinem reddere. Quod si fiet/
ut spero/cunctis me beatiorem putauero. Agedum igit
Charissime domine protege/custodi/foue/complecter/
puerum tuæ deditum deuotumq; fidei/beneficiorum &
gratiæ perpetuo memorem. Dixi.

Cõmendatio pueri. Tit. xxiii.

Salue pater/& gaude/ Munuscula duo hæc
suscipiens fronte hilari/& res & meipsum.
Careo nanq; parente/quo genitus: itaq; me
dignatio tua inter Clientulos eius habere
uelit: semper enim illi deditus fui: tanta ĩ ea
uirtus/sapientia/& clæmentia/& benignitas elucet. Si er
go tot meritis Viro fulgenti/qualis tu ipse pater optime
dilectus ero: nihil mihi certe optatius unquam euenire
potuerit. Vale & salue Diu/nostri memor. Dixi

¶ Quintus Sermonum libellus de quarundam cele bratione Solẽnitatum continet Sermones. XI.

¶ Quadragesimæ initiũ: Causæ: & cõmoda. Tit. I.

QVoniaʒ hoc patres egregii tempore Apostolus cecinit: Ecce nunc tempus acceptabile: Ecce nũc dies salutis: quo uehementius Vestræ humanitates pietati/hoc est diuino cultui dare operam ualeant: De hoc ipso Salutis tẽpore initiuʒ/causas/& cõmoda breui aperiam. Qua de re quæso aĩaduertite. Illud aũt imprimis: Quadragesimæ tẽpus/modũ eẽ luctus & pœnitẽtiæ. pœnitentẽ uero dum ad Christũ conuertitur: a tenebris ad lucem trãsire: Incipit deniq̃ sequenti Dominica: qua qui dẽ canitur. Inuocabit me: & ego exaudiam eũ. Veʀ hac feria Quarta ieiuniũ inchoatur: quia legitur Christũ eadem feria Ieiuniũ suuʒ cœpisse. Siue quoniã quarta ætate Salomon Templum ædificauit: Nosq̃ quasi fundamẽtum illius templi/Quod e nobis construitur/iacimus ieiunando: quo in Paschate ipsius dñi templum esse possimus. Sunt & qui aliam causæ rationem afferre contendunt. Tris. s. dies fuisse additos pro tribus illis quattuor tẽporum: qui in quadragesima locũ optinent. Quartum q̃ pro uigilia paschatis: qua ieiunare debemus. ¶ Ascribitur Quadragesimæ tempus pœnitentiæ: Cuius sane fructus/Ieiunium uigiliæ/Corporalis spiritalisq̃ Elemosyna: Aliaq̃ misericordiæ opera: ut oratio. Aliæ item contemplationis species/fletus/lachrymæ. ¶ Nec illud a mysterio uacat/Sex & quadraginta diebus nos ab ieiunii sũmo initio usq̃ ad pascha in abstinentia esse: post enim Babylonicam captiuitatem ãnis sex & quadraginta domini templum fuit ædificatum. Vnde & nos post Babylonisquoq̃ captiuitatem idest confusionis uitiorum/quadraginta sex diebus per abstinentiaʒ/bonaq̃ opera nos ipsos deo templum ædificamus. Vtq̃ numerus quadra

[Margin: Quadragesima quid. | Initium | Causæ | Cõmoda. | Dies. xlvi.]

ginta sex diebus per abstinentiam/bo naq; opera nos ip sos deo templum ædificamus. Vtq; numerus quadragi-ta dierum: quibus saluator ieiunasse cognoscitur/implea tur: Gregorii papæ institutionibus Dies quattuor præce-

Initium

dentis hebdomadis recipiũtur. ¶ Hoc uero tempore ie iunium incohamus usq; ad pascha sequẽtes/non autẽ eo quo christus ipse ieiunium egit: quia in quadragesi-ma israel populum repræsentamus: qui ãnis quadragin-ta eremum coluit: posteaq; illico pascha celebrauit. Vel q; homines uerno tempore natura ipsa ad libidinem cõ mouentur: ad quam frænandã uiri sagaces tale ieiuniũ

Ieiunium quale sit.

instituerunt. Itaq; magis ab uitiis q̃ a cibis ieiunare opor tet: licet & ciborum abundantia fomenta sint uitiorum. Sed quid prodest tenuari abstinentia corpus: si animus intumescat superbia? Quam laudem merebimur de pal lore ieiunii: si inuidia liuidi sumus? Quid uirtutis habet uinum non bibere/& ira atq; odio inebriari? Tunc deni q; p̃clara est abstinẽtia/tunc pulchra atq; magnifica casti gatio corporis: quum est animus ieiunus ab uitiis. p ieiu

Ieiunii bona.

niũ nanq; uitia prosternuntur: uirtutes augentur: humi-liatur caro. hinc Eua q̃diu abstinuit/uirgo fuit. ubi uero ieiuniũ uiolauit/in miseriã corruit: libidinis corruptiões persensit: de paradiso expulsa fuit. ¶ Porro in quadrage-simæ missis illud repetitur: humiliate capita uestra deo:

Dæmon ĩ nos

quoniam tali tempore Dæmon maxime nos aggredit. Vnde deum suppliciter exorare/nosq; etiam illi humi-les reddere/debemus. Et quia tentator ille potentissi-mus est: cum non sit potestas ulla sub cælo/quæ ei ualeat comparari: Et sapientissimus/q; multa uidit: Crudelissi-mus uero/q; non miseretur: homo autem infirmissimus & ignorans. Ideo uestras ad unum hortor/moneo/ pre-cor humanitates/ad animas instituendas debere hoc tẽ-pore concionibus sacris/& diuino mysterio operã tra dere: Quod certe qui faciẽt ad æterna gaudia per sæcu lorum sæcula perducentur. Dixi.

¶De pentecostes nomine: Tempore. Causa. Ti. II.



Enerãdi patres & domini: Cupiens hoc i loco aliquã enarrare: secus nõ ualeo/ quin trepidulus ordiar: quod etiam oratori-bus optimis euenisse legimus. Fretus atta-men diuino præsidio/paucis orationez ab soluam/hodiernæ Solemnitatis materiaz tractans. Pen-tecoste igitur apud hebræos/ut pascha celebre festum erat: quod sane quinquagesimo die a/paschate celebrat. Vnde & nomen adsumpsit: pentecostos enim quinqua-gesimus dicitur. Fuit etiam pentecoste uectigal athenis: Nauigantes enim soluebant quinquagesimam partez ex omnibus mercibus. Celebratur autem in pentecoste So lẽnitas de aduentu Spiritus sancti: palam nanqꝫ descen-dit tunc in discipulos: fuitqꝫ id miraculum & argumentũ quod iudæi calũniari non potuerunt/uti resurrectionem & ascẽsionẽ calũniabantur. De hoc uero Spiritus sancti aduentu idem agere non ualuerunt: qꝫ ex omni natione ad diẽ festum conuenerant: uideruntqꝫ spiritum sanctuz palam in discipulos descendentem: qui illico linguis om nibus loquebant. Qua de re Introitus incipit: Spũs dñi repleuit orbẽ terraꝝ: idest Ecclesiã: quæ dicitur orbis ter raꝝ. Vt enim extra orbẽ terraꝝ nil uiuit: sic extra eccle-siam spiritaliter uiuit nemo. Dixi pterea & pascha & pẽ tecostẽ hebræos celebrauisse/uti & nos celebramus: sed alia rõne q̃ illi. Ab ipsis nãqꝫ pascha celebrabat: qm̃ eo tpe ab ægyptiaca seruitute liberati fuerũt. Nos uero qa p christũ redẽpti sumus: Illi pentecosten: quia tunc legez sumpsere: Nos tamen/quia spũm scũm accæpimus: quo qdẽ medio frui æterna uita possimus. ¶Celebrat ẽt ho-die ab Veliternis Eleutherii Martyris natale/hoc ẽ hu-ius migratio sæculi: tũc.n. natus ẽ deo/& cælo ad gloriã eã natiuitate/quæ tendit ad uitã æternã: quã posse adire meritis tuis/& pontiani & Eleutherii/& Gyraldi orõne itercedẽte Veliternis oĩbus Amicisqꝫ ẽt cõcedat. Dixi.

Pentecoste

Pentecostes

Spũs sanctus

Ecclesia

Pascha cur.

Pẽtecoste cur.

Martyrum na tale.

¶De Martyre Eleutherio. Tit. iii.



Vi omnes animo uirtutes penitus cōphen disset/(ut Cicero inquit) omnia quæ facer̄ uel 'et facillime tractaret. Ego uero Sapientissimi patres/Cum non solum uirtutes omnes/ sed minima quæq; me fugiat: Quid? Quid inquam exprimere possem huiusmodi cœtu dignum? Certe nihil: Cōfisus tandem cælesti gratia/unde quidem omnium rerū magnarum principia duci debent: Diui Eleutherii laudes attingam breui. Multa enim de uirtute illius dici possent: Multa de magnitudine animi: de grauitate: de constantia: Quæ omnes docti atq; sapientes sūma/& sola bona esse dixerunt: Multa insuper de eius probitate industria/aliisq; uirtutibus: quæ neq; dare neq; eripere fortūa cuiq̄ potest: Multa de laude gloria/& æternitate eiusdem referri: quibus certe maiora homini dari non possunt: Vnde & Cicero inquit: nihil esse in uita magnopere expetendum/nisi laudem atq; honestatem: Multa itē sūma de pietate omnium uirtutum fundamento: Nihil enim est aliud/nisi uoluntas grata in parentes/& iustitia aduersus deos. Verum ne tædio sit oratio ea oīa uobis cōsiderāda relinqmus. De iis hactenus. Quid autē Eleutherius interpretetur benignissimi domini: Strabo Geographus uolumine nono his uerbis aperit, Tūc Eleutherio/idest liberatori ioui templum construxerunt: & certamen gymnicum coronatum designauere/ Eleutheria, idest liberatoria ludos ipsos uocitantes. Non iniuria igitur huiusmodi nomen impositum sancto fuit. primo.n. sese ab ī fera potestate eripuit & liberaui: Iñ uero quos ad ueram fidem conuertit. Postea item nos ipsos & omnis quotquot ad eius templa se rite conferunt: Vti iam per Xystum pontificem patuit. Deum itaq; oro/ac obsecro omnipotentem/ eius Eleutherii pcibus/nostroq; merito/æterna nos gaudia lōgo post tempore uiser̄ det & concedat. sed iam quod reliquum est attendite.

Quæ Miranda dedit quondam Eleutherius: en nunc

Bona quæ

Laus.

Pietas.

Eleutherius.

Eleutheria

Expediam/referens qui genuere prius.
Ingenuus genitor:genitrix est Anna dicta:
Bis decimo autumno pontificalis erat.
Spiritus immundus sancta uirtute fugatur:
Langorem imodicum sanat/& omne malum.
Felix centurio diui conuertitur ore:
Bis centum comites id simul efficiunt.
Aeneus apposito lectus tibi non nocet igni:
Non oleum/Sulphur crate calente nocent:
Feruenti euadis pingui & sartagine missus
Ardorem furni tu quoq uincis ouans.
Per te corrhebor coluit coelestia praeses:
Carceribusq cares tempora longa cibis.
Bis duo quadrupedes per te superantur acerbi:
Ad te conueniunt montibus ultro ferae.
Torua leaena tibi fuerit cum missa theatro:
Tumq leo saeuus/mitis uterq fuit.
Tu febrem purgare uales:tu regna polorum
Vsq colis gladio Martyr amore pio.
Annua qui celebrant dignum Eleutheria/possint
Te duce sydereos scandere sancte polos. Dixi

¶ In Eiusdem Natali die/De Beatitudine/Et uitae malis. Tit. iiii.


Leutherii sancti laudes/Venerandi & benignissimi patres:Miracula itez atq iterpretationẽ alias diximus:hodie uero aeternae beatitudinis aliqua breui expediam:ut eam cũcti adire totis uiribus enitamur. Beatitudo igitur ut Boetius inquit/ Status est oĩum bonoꝝ aggregatione pfectus:quae quidem sine clara dei uisione haberi nõ põt:ut alii scribũt. Tantaq est in ea laetitia:q potius Sãcti uellẽt apud Inferos esse/& deũ uidere:q̃ in caelesti pria sine illo potius irẽ esse in poenis/& deum uidere q̃ extra poenas/& dei usu non frui: Eam ergo laetitiam Quis hominum uiuens passim & continue/oĩq studio

Beatitudo

Vitæ mala

& labore acquirere non conetur: & hanc uitam contemnat: de qua certe Aurelius: Vita hæc uita misera. uita incerta/laboriosa/immunda/malorum domina/superborum regina/erroribus plena. quam diuitiæ iactant: paupertas deiicit: Iuuentus extollit: Senectus incuruat: usque omnibus malis Mors furibunda succedit. Beatus ergo Eleutherius hæc omnia cernens atque intelligens Beatitudinis gloriam uirtute adiuit. Ad quam quidem nos etiam omnes omnipotentis gratia Vitæ huiusce meritis præcedentibus martyreque orante ducat. Dixi.

¶ Diui Gyraldi Epi ueliterni Vita atque Miracula. Tit. v.

Mundus cur.



QVoniam Reuerendi patres & domini idcirco Mūdus factus est/ut nascamur: Ideo nascimur/ut agnoscamus factorem mundi ac nostri deum: Ideo agnoscimus/ut colamus: Ideo colimus/ut īmortalitatem pro mercede laborum capiamus: quia maximis laboribus cultus dei constat. Ideo præmiis īmortalitatis afficimur/Vt similes angelis effecti sūmo patri ac deo in perpetuum seruiamus Diuus Gyraldus Veliternus Episcopus Galliæ gentis insigni prosapia natus/ut deum agnosceret/coleretque/& propterea īmortalitate afficeretur: atque angelis similis effectus deo patri perpetuo seruiret: Natura admirabilis & exqsita doctrina Monasteriū adiit: ubi a monachis in prēm electus. Eius deinde fama illectus Gregorius pontifex sūmus Veliterno Clero episcopum flatuit. Ieiunabat autem assidue: orabatque indefessus. Erat sedulus elemosynarum largitor: Viduarum & orphāorum tutor Aegrotātiū re & uerbo diligēs cōsolator. Vt iis sanctissimæ uitæ opibus deo gratior fieret: illique cohæreret. Cuius rei uoti cōpotem extitisse Miraculorum uaria genera quibus refulsit/nobis indicant. ¶ Legistis enim Eius imprecatiōe hostiū plurimos plūbea grandine Glandium formā referente/(quod passim in agro adhuc uidetur)

Gyraldus

Plumbea grando.

oppssos. ¶ Viduæ filium amissos tauros/(nam dormienti matri sanctus onderat)inuenisse. ¶ Ardentes cæreos in sepulcro sub dio & aere positos uentis procacibus & imbrium copia decidente magis ac magis accensos. Tauri Cærei


¶ Benedictum bubulcum furore affectum/quoscunq ob uios morsibus lacerantem/a Clericis tandem ante Gyraldi sepulcrũ appositum Dæmonũ uexatione liberatũ. Furiosus

¶ Petrum Alberici Veliterni Episcopi cocum/os quoddam in gutture natum & defixũ gerentem Gyraldi meritis illud ex gutture in eius ipsiuspalmam euomuisse:qd qdem pueri membra oĩa imitabatur. ¶ Cæcũ uirũ/q prius uiderat/uidendi usum recuperasse. ¶ Mulierem priuerno Oriundã Cisternam Castellũ habitantẽ & paralyticã apud Diui sepulcrum corporis & aĩæ salutem recæpisse Cocios. Cæcus. Paralytica

¶ Captiuos ẽt Veliternorum duos ferreis uinculis astrictos Gyraldi numine solutos:Quæ uincula hodieq in eius sacello pendentia cunctis patent. Nostra etiam tempestate pro diuersorum sanitate mẽbrorum & hominũ & animalium cæterorum diuersa uotorũ munera ante sacratissimi corporis sepulcrũ conferri atq suspẽdi ab his qui sani effecti fuerint/passim uidemus. Quod nr̃æ patriæ ciuibus maximæ & iucunditati & saluti accedit. Cathenæ

¶ Dormiit aũt in dei gratia septimo idus decẽbris. In cuius sanctæ memoriæ recordationẽ hodiernũ diẽ celebramus:Vt suis meritis & precibus ab omnibus corporis & animæ periculis liberemur:Sitq hostium terror: Spes & subsidium patriæ. Et nos etiã eius sanctissimæ uitæ uestigia imitantes/iccirco enim sanctorum memoria celebratur/Demus operam totis uiribus/Ne a nobis iustitia/patientia/ fides/ innocentia/castitas/ abstinentia unq̃ abesse possint. Quoniã dei cultus constat abstinentia cupiditatum ac libidinum:patientia doloris ac contemptu mortis. Qui autem deum negligunt ea spernentes semper miseri sunt futuri. At qui colunt/semper beati erunt:q iustis ĩmortalitas/Iniustis pœna æterna proponitur:Dixi. Dormitio Dei cultus

¶ Pontiani Martyris Vita atq; Miracula. Tit. vi.



Vmma dicendi ui pluribus artibus studiisq; collecta/mihi patres optimi opus esset: ut hoc solēni die auditu digna exprimerem Martyris.n.pontiani diem natalem celebramus: qui nr̄ae patriae/nostrorumq; omnium portus & aura: custos & propugnaculum: tutor atq; praesidium/iugiter in nostrum cōmodum & salutem/diligenterq; excubat. De cuius uitae sanctissimae operibus/non ab re fuerit pauca/e multis referre. Adeste igitur. Nā et si uis illa dicendi deest. Diuus ipse dicenda dictabit.

¶ Fuit is Calphurnio patre natus/romanus Ciuis: anno ab urbe condita. Dcccc.lxxiiii. liberalibus artibus erudi tus: ueri dei cultor piissimus: itaq; a teneris daemones ab humanis corporibus effugabat: leprosos/diuersisq; morbis oppssos sanctissimae crucis signo curans. Quocirca ad apostolicae dignitatis apicem assumptus ieiuniis/ orationibusq; assiduis operam impendebat. Meritorum fama illectus Alexander imperator saeuissimus in Christi seruos/pontianū ante ipsius tribunal sisti praecepit. Quē ubi nullis pcibus/nullisq; minis a catholica fide retrahere ualuit/exulare in sardiniam cum beato hippolyto uel ut alii scribunt philippo praesbytero coegit: Ibi tandem Christi iesu diuinus pco multos idolis deditos ad Christi fidem conuertit. Caeci enim uidebant: Mortui resurgebāt: Ideoq; furore pcitus impator pontianum diuersis affectū suppliciis obtruncari iussit: In Sardinia igitur Tertio decimo calēdas decembris martyrio coronatus apostolicam sedem ānis nouem mēsibus quinq; diebus duobus tenuerat. quam āno Christi iesu ducentesimo tricentesimo sexto inierat. Eius deinde corpus naui impositum Beatus fabianus pontifex in italiā duxit: Viaq; appia ī Callysti Coemiterio sepeliuit. lōgo post tpe una cū eleutherii epi ac martyris compe pōtiāi reliqae apud Tyberiae oppidulū trāslatae fuerūt: ab uelit na urbe distāt:

milibus passuũ decē, a Chora q̄ttuor, a Nymphis uno uł circiter a Norbis tribꝰ. Quo postea diruto uelitern⁹ clerus & populus sc̄orũ corpora petierũt: Curruq3 festa frōde auratisq3 palliis ornato ut Velitras deferrēt impo suerunt. Nymphæus autem Choranusq3 populus (Nam & ipsi eadem optabant) maxime obstiterunt. Cumq3 nullo pacto boues curru alligati moueri possent, Veliterni ipsi uoto rem pegerunt: polliciti enim sunt martyrum festa uti & christi natale quotānis celebrare, si boues ue'iternam urbem adissent. confestim igitur eo currum traxerunt. Ipsorumq3 martyrum corpa sub altari marmorea quadam arca inclusa Canonici possuerunt Quartus inde Alexander pontifex quidem sũmus instituit Veliternum populum dominicis diebus sanctorum martyrum altare uisere et uenerari Canonicis ibidem missam solemniter celebrantibus: Qua ueneratione sanctus oblectatus. Miracula plurima sæpe ostendit, uerum e multis aliqua referam, In primis autem Clericum quendam graui febre affectum pontiani numine ĩuocato liberatum esse. Clericum alterum ultra ānum renum dolore maximo uexatum eiusdem martyris ope conualuisse, Multos etiam diuersis febribus & morbis p̄ssos ante pontiani aram orationibus actis incolumes redditos. Canonicum quempiam nocte media in choro uigilantem orationibusq3 uacantem, In subterraneuz postea locum columnis adhuc munitũ & camuris ædificatis adeuntem, & ad loci limen profectuz luminis splē dorem uidisse: quem pati non poterat. Audisseq3 ingentem populi tumultum: ibi enim orabat. Timore itaq3 ductum ex eo loco aram maximam petiisse. Deo tandem agente illorum animas, qui in cœmiterio sepulti erant sancti meritis ac p̄cibus e purgatorio emissas, ibi martyri sanctissimo gratias agere, q̄ eius ope æternam gloriam tunc adibant cognouisse. Iure igitur ac merito sanctissimi pontiani martyris anno quoq3 maiorum more natalem celebrare singulisq3 dominicis diebus ad eius

aram puri accedere debemus ꝙ eius ipsius meritis ac precibus ab omni perturbatione corporis & animæ liberari uti iam patuit, facile possumus. Dixi.

¶Blasii Martyris Vita atq; Miracula. Tit. vii.



Elebrantibus hodie Blasii Martyris solẽne; memoriā; Venerandi patres: iure illius mirāda gesta referri debent: ut ea rite imitantes cœlestia regna tenere ualeamus. Adhibete igitur faciles aures. adhibete benignā; mentem: breui nanq; negociū; explicauero: Blasium optimi patres mansuetudine, sanctitateq; pollentem, Christiani in Sebaste oppido palestinæ syriacæ regionis episcopum elegerunt. Is autem postea Diocliciana persecutione speluncam adiit: ubi solitariam uitam egit: Auibus ei uictum ferentibus: ferisq; plurimis mansuete assistentibus. quarum quidem siquæ ægrotarent ad eum cõtinuo uenientes pristinam ualitudinem referebant. Ab regionis autẽ præside missi milites ad uenandum, ubi Blasio assistentis feras capere non ualuerunt: stupore affecti sũt & præsidi, quod acciderat, explicarunt. Misit itaq; milites ut caperetur: Noctu tamen Christus oĩpotẽs Blasio ter apparuerat, dicens: Surge Blasi, mihiq; sacrificium offer. Pergẽs igiť cũ militibus cõtinue diuina mysteria enarrabat, multa mirabilia perpetrans, Inter quæ: puerũ quẽdam moribundum imposita gutturi manu (in quo piscis spina transuersa hæserat) liberauit. Lupus etiã mulierculæ ablatũ porcũ Blasii iussu rettulit. Vbi uero urbẽ; adiit carceri traditť iussu p̃sidis: Sequẽti luce corã eodem ductus (ꝙ illius deos dæmonia appellarat) fustibus ẽ cæsus denuoq; ĩ carcerẽ trusus. Mulier aũt, cui porcũ lupus reddiderat, porci caput & pedes, cãdela paneq; additis, sc̃o tulit. q̃d sumens edit gr̃as illi agẽs: hortãsq; ut quotãnis noĩe eius in æde sacra cãdelã offerret. sic. n. agens cõmoda plurima cõsequeretť. Eductus iterũ carcere (ꝙ ad gẽtilium deos inclinari nollet) e ligno suspẽsus ẽ iussu p̃sidis: corpusq; ferreo pectine laniatũ: exin carceri reddi

tur: heredq; p̄sidi, relatus (q̄ p̄staret ĩ christiana religione, spneretq; gētilē) in stagnū deiectus ē. Crucisq; signo A q̄ uti arida terra stetit. Ingressi uero i lluc uiri septuaginta submersi fuere. Ipse deniq; angeli monitu exiens, ut labo ris coronā acciperet iubēte p̄side obtrūcatur oīpotēti sup plicās ut q ad ipsius patrocinia gutturis morbo cōfuge ret: exaudiret. qua de re uox cælo reddita ē, ita for. hæc aūt oīa, Anno christianæ salutis. cc. lxxxviii. legimus cō tigisse, Reliquū est Sapiētissimi, ut & nos ēt Blasii marty ris grãz cōsequamur: siue ad gutturis sanitatē: siue ad gre ges, armēta uel p̄pria custodiēda: siue ad tolerādos pro æterna uita labores, ut ipse fecit: Blasiū ueneremur Bla sio supplicemus: eius qdem sancta uestigia, & exempla ubiq; & rite sequentes: p elemosynam: p ieiuniū & uigi lias: p continentiam tum cibi, tū potus, tum sermonis, tū somni, tū uestium: magis ornatū mentis quærēdo q̄ cor poris. Mentis. n. ornatus est: Charitas, fides, humilitas, bonitas, patientia, pax, & iustitia. Dixi.

¶Sãctissimi Nicolai Ep̄i Vita: atq; Miracula. Tit. viii.



Icolai Ep̄i sacrū Natale celebrantes Sapiē tissimi p̄res, & Dn̄i: Eiusdē uitam sancti ss̄i mã paucis ĩ mediū ferre conabimur. Ade ste igit̄ æquo aīo: Intētiq; aīs dicēda infigi te. parentibus Epiphanio & Ioãna, cū di uitibus tū sanctissimis orit̄ pataræ Nicolaus: ea qdē ly ciæ urbs, puīciæ minoris asiæ, finis pãphiliæ. ¶Is autem quo primū die lauaret̄, in pelui stetit. Quarta, & sexta fe ria semel dūtaxat hubera sugebat: illa. n. ab iuda traditus hac uero iudæis crucifixus ē Dn̄s. Adolescēs scripturæ sacræ studiosissimus: q̄ errorẽ m̄r ignorãtia maxime sa cerdotibus euitanda est: Quumq; ei amplissimū p̄rimo niū esset: in dei laudem & gloriā uertere nitebat̄. ¶Itaq; nobili uicino suo, & paupi: trisq; filias etiam uirgines ha benti: ueneriq; daturo: quo saltem & turpissimo quæstu alerentur: Auruz pãnis inexū nocte concubia clã intulit per fenestram. Quo mane reperto tradidit ille filiarum

Pater.
Mater
Stetit.
Ieiunia
Pauperis filiæ

maximam nuptui. Ægit idem secundo: ægit & tertio: no uissime tandem cognitus (fugere enim solebat illico iactis in domum aureis) orauit illum ne cui talia dum ipse uiueret aperirentur. ¶ Electus denique Myrrheæ ciuitatis

Episcopus

Episcopus inscius & inuitus: Oportet enim Episcopum sobrium, prudentem, pudicum, Irrephensibilem esse: ita quod humilis in pontificatu uiuebat: Orationibusque inuigilans & frequenti ieiunio corpus suum macerabat: tollit enim Ieiunium, & cohibet culpam: quocirca eo cælum acquiritur. Mulierum consortia exhorrebat: quod omnis caro concupiscit: illecebrisque ad mortiferas animæ trahit uoluptates. Viduarum & pupillorum negocia uelut & sua curans, rapinam execrabatur: Terrena nanque supellex supernæ felicitati comparata pondus est, non subsidium.

Frumentum

¶ Affecta prouincia fame, a nautis qui triticum naui in portu habebant, exorauit modios centum: qui diuisi egentibus, biennio tum uictui, tum sementi fuere satis. Nautæ uero ubi frumenta emptoribus mensi sunt, nihil deesse numero inuenerunt. Tradidit autem spiritum Creatori Anno salutis trecentessimo quadragesimo tertio.

Tumulus

Indeque tumulatus est arca marmorea: ubi a capite olei & a pedibus aquæ fons longo tempore emanauit. Turcæ denique Myrrheam ineuntes Nicolai urnam aperuerunt:

Barion

Ossaque oliuo natantia reperta, in Barion urbem (que ante ut legimus Iapyx dicebatur, a dædali filio. a quo & Iapygia regio calabriæ iuncta) reuerenter attulerunt: Anno quidem Christi Millesimo, Octogesimo septimo. ¶ Tanti uero numinis extitit. ut & nautis periclitantibus inuocatus opem attulerit sæpenumero. Quumque uir quidam ab iudæo pecuniam mutuo accæpisset: iuratus in

Iudeus

Nicolai sanctissimi ara Cumprimum posset redditurum, Diutius denique eam retinens ab iudæo sæpe ut restitueret orabatur. dumque restituisse assereret: in ius accitus, baculum auro infuso Creditori tribuens: quo iurare coactus periurium euitaret: Iurauit plus satis etiam reddidisse: præstito iuramento baculum ab eodem resumpsit. Re

diens uero domu3 uersus/in biuio constitit: ubi somno grauatus corruit: Currusq; eum impetu fluens oppssit/ baculū auro plenū effringēs. Iudæus idē id resciēs eo accessit: noluitq; au3 sumere: nisi defūctus ille Nicolai meritis ad uitam reuocaretur: asserens si id fieret: sacrū baptisma subiturum. statim igitur ille reuixit: Iudæusq; sacri baptismatis gratia3 fide meruit. ¶ Iudæus alter Nicolai miraculis credens/illius imaginē domi habebat: Cui quidem longius abiens/res omnis minitando tamen/iugiter cōmendabat ingens nisi cuncta seruasset: uerberibus & flagris afficiendam. Venerunt/fures: cunctaq; exportarunt imagine solum relicta. Rediens ille imagine3 dire flagellat: qua de re diuidentibus bona furibus Nicolai imago astitit flagellata. illis quærentibus/quisnam eēt respondit Nicolaum esse Christi seruū: Cui bona Iudæus: quem depilauerant: cōmendarat minitans uehementer/nisi illæc asseruasset. flagellauit igitur/q; rapi omnia siuerat: itaq; nisi q̄ primum reddita fuissent: eos propediem punitum iri. his moniti atq; territi fures cūcta iudæo illico retulerunt. Indeq; & ipsi meliores effecti: & Iudæus Christi fontem ingressus: Baptismo eteni3 pœna omnis: quæ pro peccato debetur: penitus tollitur. ¶ Vir quidam filii nomine līas ediscentis/Nicolai natalem solem uiter celebrans/conuiuium Sacerdotibus apparauerat: Venit spiritus ille humāi generis hostis acerrimus/apd ianuam habitu peregrini cibaria petens: Iussit itaq; pater filio/q̄ primum illi uictus exhiberetur. accurrit puer: neminemq; inueniens/ulterius prosecutus est illum: ubi uero in compitum appulit: eum malignus spiritus anxit: habet enim Diabolus mille nocendi artes: nec ulla potestas est super terra3: quæ comparetur ei. Quod pater accipiens lecto puerum collocauit ingemens uehemēter: ubi quidem in Nicolaum uersus/illa dicebat: hoccine est meæ in te pietatis præmium Nicolae sanctissimē/hoc ne: his dictis atq; eiusmodi pluribus/surrexit puer incolumis & illæsus. ¶ Vir nobilis Nicolaū sæpe orauerat: uti

Iudæus alter

Discipulus.

Filius

a/summo omnium creatore filium ei exoraret:pollicebat
q filium ad ipsius ædem cũ aureo scypho ducturũ. Na
to filio atq aducto/ Scyphus efficitur: quem tamẽ/(pul
cherrimus enim erat.)penes se habere decreuit. itaq al
terum neq minoris conflari fecit. Nauigãtibus inde ad
diui ædem iubet filio pater/uti priori scypho aquam af
ferret. Volens igitur obsequi puer/in mare cum scypho
decidit nusq apparens. pater deinceps uotum persoluens
ad Nicolai aram peruenit:ibi secundum obtulit scyphũ:
dissiluit tamen ille ex ara tanq̃ eiectus: Idem secundo/
Idem & tertio accidit. Mirantibus id cunctis astantibus
aduenit cum scypho puer exultans & lætabundus:narra
uitq statim submersum a/nicolao exceptum esse. Quo
circa pueri pater haud mora utrunq Scyphus benigno
numini obtulit. ¶Beatissimi Nicolai meritis filium quo
q diues quidam habuerat:hac re igitur diuo sacellũ do
mi suæ dicauerat:ubi sane quotãnis solemniter Nicolai
Natale celebrabat. Captus deinde filius est clam patrea
Regiq in obsequium datus. Sequenti ãno dum diui so
lemnia solito ritu a/parentibus celebrantur:puer ipse cũ
aureo scypho regi assistens/solitæq celebritatis haud i
memor/ ingemiscebat. Cuius causam ubi rex intelle
xit: Agat inquit Nicolaus tuus ut uolet:tu hic eris: Illico
postea repentino turbine domum concutiente puer cũ
scypho rapitur: Anteq Nicolai fores/ubi parentes sole
mnia celebrabant appositus/non sine parentum & co
gnatorum gaudio sũmo. Possem & plura Sapientissimi
patres beatissimi Nicolai/tum prisca/tum hodierna re
ferre miracula: Verum ne tædio longa esset orõ alias/si
licuerit/enarrauero. ¶Illud autem prætereundum mini
me censeo. Siquis forsitan peteret: Cur deus miracula fa
ciat:respondi debere:triplici causa:primũ ut alicuius san
ctitatẽ ostendat:quẽ uitæ meritis pponat aliis in uirtutũ
exẽplar:uti de Nicolao & aliis egit: Secundo ut fidẽ ap
probet/ut gẽtes credãt. Tertio uero pp pdicatæ ueritatis
cõfirmationẽ:qua certe rõne miracula/signaq facta sunt

Filius.

Miracula cur.

apostolis pdicantibus/uirisqȝ apostolicis. ¶Caeterȝ/qȝ nouit deus mutare sententiam/siquis nouerit emendare delictū: Nicolai sanctissimi Vita nobis ducatū pstet/ut illū ieiuniis/orationibus/pietate/doctrina/humilitate/ pudicitia/abstinētia/Cōtinētiaqȝ imitātes omissis flagitiis/ Vna cū illo Angelorȝ choris interesse/pñtemqȝ dei uultū cernere ualeamus:qȝ finis hoīs est ipsa beatitudo:quæ qdeȝ in dei uisione cōsistit:repletqȝ aīam bonis omnibus: Nec est aliud æterna uita/nisi cognoscere uerȝ Deum incomprehensibilem spiritum. Dixi.

¶Gloriosæ Mariæ uirginis semper/Assumptio cur celebranda. Tit.ix.


T iure & merito sapientissimi patres: annoquoqȝ huius emodi celebritatem/ Senatus/populusqȝ Veliternus/& colit & ueneratur. hodie enim semper gloriosa Virgo Maria cælos ascendit:ubi cum christo regnat in æternum. hodie nobis omnibus eius agentibus meritis & salus & uirtus/honor & gloria aucta fuit. Merito igitȝ omnis orbis/nostraqȝ ciuitas inclyta potissimum/gaudere/iubilare/exultare/lætari debet. Beatamqȝ uirgineȝ egenorum profugium/laborantium portum & auram/hymnis & dignis præconiis laudare extollere/uenerari. hæc enim illa est: quæ post Christi filii sui/redemptorisqȝ nostri abscessum/ Virgo sancta corpore ac mente permansit. quam Angelus Gabriel intactam custodiuit quā Ioānes apostolus uirgo uirginem seruauit. Hæc illa est: cui angelus multo cum lumine astitit: cui etiam inquit. Aue regina mūdi/Me filius tuus ad te misit: qui te genitricem reuerendam expectat: itaqȝ die tertio cælestia regna ascēdes. Oēs autē apostoli ad te prius conuenient: in quorū conspectu spiritū deo reddas: qui & tibi funeris exequias celebrabunt. Hæc illa est: quæ Cacodæmonum superbiaȝ sua humilitate contriuit. quæ deū & hoīem pepit. Cui etiam expiranti Iesus oīpotens cum angelorum/sanctorumqȝ cœtu affuit: Huiusmodi uerba dicens: Veni electa

mea,te in throno meo ponam,quia speciem tuam concu piui. Haec illa,cuius angeli exequias celebrarant: Cui caelorum uniuersae curiae congratulabantur. quam omnis caelestis ordo colit & ueneratur. cuius aĩa ad caelos usq ab angelis,cu3 hymnis & laudibus sublata fuit. Haec dei genitrix: cui caelorum militia cum suis agminibus obuiam fuit,ineffabiliq laetitia exultauit. Non ab re quide3: quae enim nobis ãnua celebritas,illis omnibus facta est continua. Nam & si in Vallis iosaphat medio,quae uallis est inter syon & oliueti montem posita, Mariae sepulcrum mõstratur,ubi etiam in eius honorem aedes miris lapidibus strata,gloriose tamen cum corpore ĩpso ad caelestia regna praeiuit,ubi cum Christo beata ĩmortalitate uescitur. Vt enim fuit prae caeteris gratiae plena,ita & gloriae esse debuit. Ne quae merito prae omnibus sanctae uiuentibus donata est gratia,morte minueretur. Ipsa nãq fuit: quae filio e,purissimo sanguine suo corporea membra dedit. Ipsa quae noue3 mensibus utero portauit: quae peperit: quae pãnis inuoluit: quae lacte pauit. Ipsa quae iesum uehementer dilexit,coluit,primaq adorauit. Ipsa ergo dignissima cum filio regnare,cum corpore etia3 ad caelum assumi,quia putredo & uermis humanae est opprobrium conditionis: a quo certe Mariae natura excipitur: quam iesus de ea assumpsisse probatur. Itaq & nos eam laudare & uenerari quotquot ãnis hac maxime luce conuenimus. Cum illa sit,per quam omnis maledictio soluta fuit: per quam caelestis benedictio uenit in mundu3. Cu3 illa sit: quae pro nobis peccantibus assidue intercedat Regina misericordiae. Ad quam profecto confugientes,ab omni morbo,ab omni peste,ab omni corporis animaeq periculo tuti esse uidemus. Inuocabimus ergo gloriosae Mariae nostrum praesidium: quo filii sui gratiam hac uita mereamur: Altera uero sempiternum gaudium consequamur. Dixi.

¶In Mariæ Virginis Assumptione Exultandum pluribus quidem causis.x.

SI hodie cunctis ueliterna in urbe/uiis plateis/domibus/pueri/Iuuenes/uiri Seniores/Nuptæ/uiduæ/uirgines/gaudent/lætantur exultant/Optimi patres & domini: Nullus profecto/nullus indignatione aliqua affici debet. Verũtamen toto pectorẽ unusquisque conari/una cum angelis sanctorumq; cœtu/Beatæ Mariæ sũmi dei matris optimæ ad cælestia regna assumptionẽ sũma lætitia/debitisq; obsequiis celebrare. Contulit nanq; sacrasta Virgo hominibus perditis sempiterna dona: Redemptorem scilicet: quem sacratissimo utero portauit. Frequenter etiam inter seculi ærumnas miseros homines aspicit & tuetur. Pro nobis iugiter ad dominũ filium suum Orationes & p̃ces dirigit. O/gloriosa genitrix: cuius uiscerib9 fuit cæli/terræq; autor cõmissus. O/felicissimũ puerperium/lætabile angelis/expectabile sanctis necessarium perditis. Tu ergo beata gloriosaq; Maria laudabilis inter omnes mulieres: Tu ad fontem pennis uitæ/Tu ad paradisi amœnitates & trahis & ducis errantes. Tu gentium mater: Tu dei genitrix. Tu nutrix. Ex te natus/qui te creauit. A te gestatus/qui te formauit. Tua suxit hubera/quæ ipse impleuit. Senatum igitur populuq; Veliternum/oro ac obsecro/ut magis ac magis gloriosissima dei mater aspicias & defenses: quo tuam ualeat assumptionem singulis annis maiori cum gaudio celebrare: Deoq; patri/& creatori nostro gratias agere: qui tanto nos amore prosecutus est: ut propter nos homo fieret: propter nos uariis & acerrimis cõtumeliis afficeretẽ Exultemus itaq; una omnes festũ Virginis solemne cũ hymnis & laudibus celebrantes Veliterni ciues/ Reiq; publicæ patres optimi. Dixi.

¶ Immaculatæ Virginis Assumptio deuotissime hilariterq; celebranda.xi.

Ascendi locum Magnifici domini/summa quã i beatam dei genitricem Mariam Virginem intemeratam/pietate & ueneratione afficior. Adeste igitur: & quæ in hodiernæ celebritatis decus & laudem narrauero/æquis benignisq; auribus audite quæso. Beata gloriosaq; Virgo/cuius hodie festa colimus/diuinis est efferenda præconiis: Nam hodierno die gloriosa migrauit a corpore: ubi cũ senatoribus cæli intra paradisi curiam conuersatur. Ascendit enim multis circundata sanctorum agminibus cum laudibus & canticis spiritalibus. Solaq; est: quæ interemit uniuersam hereticam prauitatem. Sola post deum/nos omni in ueritate confirmat. Sola meritis suis & pcibus auxiliatur. Perseuerantes igitur unanimiter in oratione & charitate meditemur mãdata dei. quo uidelicet æternæ uitæ gaudia & nos intrare possimus: ad quæ beata uirgo feliciter hodie introiuit. Quæ dei genitrix electa/dedit cælis gloriam/terris domini pacem/fidem gentibus/finem uitiis/uitæ ordinem/moribus disciplinam. Quicquid etiã maledictionis infusum erat per euam illam/Mariæ abstulit benedictio. His itaq; meritis/iure Senatus populusq; Venetus/ad unum/per singulos annos hunc diem expendat in laudem/& cum gaudio celebret deuotissime: q hic est dies ille/præclarus: in quo exaltari super angelorum choros immaculata mater & uirgo meruit. De qua natus est ipse deus & homo/saluator hominum perditorum: de qua etiam cunctis misericordia omnibus perfluxit & gratia. Dixi.

¶SEXTVS Sermonum libellus/de Religione: de Incarnatione/de Natali Christiano: Cōtinet Sermones Septem.

¶De Sacro Deorum imortalium Cultu Causæ. De Incarnationis ratione quædam. De Natalis tempore Christiani aliqua. Tit. I.

SVSCIpere debet onus officii qlibet: quod se putat substinere posse. Qua de re Sapientissime prætor/Iudexq; æquitate pollens/priores optimi/Vosq; alii Ciues magnifici/horreo in pñti aliquid dicere: Cum nullus in me dicendi ornatus/nulla sit orandi facultas. Verum ne silentio tempus omne prætereat: de sacro deorum imortalium cultu: Deq; Incarnationis ratione: & natalis tempore filii dei quædam paucis expediam: si diligenter attendi uidero. ¶Duplici quidem causa Solemnia festa/Deorumq; cultū Maiores instituerunt: Vt scilicet hominibus/qui natura ipsa laboribus pmuntur inumeris/laborum remissiones concederentur. Vt etiam diis ipsis honorem homines rederent: Debet enim uenerari quicquid excellit. Dei autē est eximia quædam præstansq; natura: ut ea debeat ipsa per se/ad se colendam allicere sapientem. Quapropter deum uenerari/& colerē debemus: eoq; maxime/ qd dei prudentia Mundus administratur. & illa consulitur rebꝯ humanis: Cuius profecto numini parent omnia: De cultu hactenus. ¶Cæterum præcipua ratio Incarnationis filii dei/fuit redemptio humani generis lapsi: Venit enim filius hominis/quo saluum faceret/quod perierat: Nam si homo ad imaginem & similitudinem dei factus in suo honore mansisset: Creator mundi Creatura non factus esset: Aut æqualis deo patri dei filius formam serui non accæpisset: Immensa igitur charitate deus/ut seruum redimeret/filiū tradidit. Indulgētiæ qdē & gr̄iæ fōte: q p pphetas oēs illumiator & doctor hūani gn̄is prædicabaᵗ

Festoꝝ causæ

Deus uenerandus.

Incarnationis ratio.

qui uirtus dei: qui ratio: qui sapientia eius & gloria. qui ĩ uirginem delapsus carnem spiritu sancto cooperante in dutus est: Nam quod homo est, esse Christus uoluit: ut & hõ possit esse, quod christus Agamus itaq; oĩ cura de posita Redemptori nostro gratias, quae merito & haberi & agi debent. ¶ Anno autem ab urbe condita Septin gentesimo Quinquagesimo secundo: Imperii uero Augusti Octauii anno secundo post Quadragesimũ Christus Dñs in Bethleem natus est. Quo certe anno Caesar Augustus ab oriente in occidentem, a septentrione in meridiem, ac per totum oceani circulum cunctis gentibꝰ una pace compositis Iani portas tertio clausit. Quibus diebus transtyberim olei fons ex terra manauit: p̃ diem integrum largissimo riuo fluxit: Gentibus denotãs Christi gratiam: Cuius quidem aduentum pax illa secuta est. In cuius etiam ortu Angelus quidam Pastoribus illa inquit. Nuntio uobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est uobis hodie Saluator in ciuitate Dauid. Exultantes inde angeli plures una canebãt Gloria in excelsis deo: & in terra pax hominibus bonae uoluntatis. Quibus auditis pastores fide & pietate affecti, Christum natum illico quaesiuerunt relictis ouibus suis. Inueneruntq; Infantem positum in praesepio. Inde reuersi ad gregem Deum maxime celebrantes. ¶ Cũ pastoribus igitur & Angelis exultantibus pro tam amplissimo munere iam suscepto nos etiam gaudeamus: Neq; enim fas est, locum esse tristitiae, ubi natalis est uitae: Iesus autem Senatum populumq; Veliternum nutu suo augeat & defenset: Vtq; olim in pace natus, pacem Christianis omnibus uelit esse, p̃ntia bella gallica ocultas peccatorum punitiones Auertens. Reliquum est praetor illustris, Iudex aequissime Iustitiam diligens, obhorrens Iniquitatem: Vosq; alii Ciues amplissimi, ut Veliterni Senatus nomine Vestris humanitatibus gratias agam: hilari enim frõte huc cõuenistis, quo simul omnes Christi Saluatoris natale cum sũmo gaudio celebremus. Pu-

Christi ortus.

Iani portae

Olei fons

Angelus

Gloria in excelsis.

blici autem ærarii quæstor/ꝙ minime qua decuit rerum copia uestras Dignationes accæperit/ueniam poscit:haud enim uoluntas/haud animus defuit:sed tẽporis oportunitas Gallici belli tumultu ut nostis. Dixi.

¶Dies festos tripliciter a fidelibus uenerandos·Corde·ore:& ope.Inde de Natali Christiano aliqua. Tit·ii.



On capiunt angustiæ pectoris mei:non infirmitas ingenii substinet Viri Clarissimi: Quod hoc solemnissimo die dicẽdũ par esset.Fretus deniq; Cœlestiuꝫ ope/De Sacrorum dierum cultu/& natali Christiano paucis ea expediam:quæ audisse neminem ut puto pœnitebit:dum me diligenter audierit. Animaduertite igiẽ:

¶Tripliciter a fidelibus Corde/ore/& opere uenerandi sunt festi dies. Corde/ut unusquisq; cogitatõe reꝝ malarum abstineat:Et memor sit dei altissimi/ beneficioruꝫ ꝙ eius.Nam ideo nascimur/ut ipsum factoreꝫ reꝝ omnium contemplemur/idest mente cernamus/colamus/ & ueneremur.Qui nos ideo generauit:ut ei seruiamus. Seruire autem Deo nihil est aliud/q̃ bonis operibus tueri/& conseruare iustitiam.Icircoq; soli animantium ad cæli aspectum erecti sumus:ut summum bonum nostrum idest ĩmortalitatem quæ est regni cælestis hæreditas:in sũmo deo esse credamus.Et ideo Religionem soli capimus:ut ex hoc sciamus humanum spiritum non eẽ mortalẽ:ꝙ Deũ/qui est ĩmortalis desiderat/& agnoscit. Nihilq; prodest hominem esse fictum/ut recto corpoꝛ̃ spectet in cælũ:nisi recta mẽte deũ cernat:& Cogitatio eius in spe uitæ ꝑpetuæ uersẽ. ¶Ore aũt ut malis uerbis abstinendo/Deum ipsum oremus/laudemusq; simul.Susceptisq; beneficiis gratias illi agamus:tunc eniꝫ nihil aliud est agendum:nisi in hymnis/psalmis/&. Canticis spiritalibus deo uacandum.Nam ideo sermoneꝫ solus homo præter cæteras animantes accepit/ac linguam cogita-

Corde quõ.

Nati cur.

Seruire deo.

Recti cur.

Immortalitas.

Religio cur nobis.

Ore quõ

Sermo cur

Lingua.

rtionis interpretem:ut enarrare potestatem Domini sui
Deus pater. possit. Qui pater ideo appellatus est: quia nobis/& multa
Deus Dñs. ta & magna largitur. Dominus ideo/quia castigandi &
puniendi habet maximam potestatem: Itaq; amare eũ
Pater. debemus: φ filii sumus. Et timere/φ serui. Solus pr̃ uocandus
Dominus. candus est: φ creauit. Solus dominus nuncupandus φ
Opere quõ. regit. ❡ Opere tandẽ/ut malis operibus abstineamus/ui
Auditus cur. sendo templa & sacras ædes: diuinaq; audiendo. Auditus
tus enim nobis ideo datus est: ut dei doctrinam pcipere
possemus. Itaq; si uoluptas est audire cantus & carmina:
Dei laudes canere & audire sit iucundissimum. Impandumq;
dumq; aĩo est: ut tunc uoluptatibus abstineat: quum in illas
las omnis turba procubuit. Nam irreligiosa cõsuetudo
Vulgi ĩpietas. est: quam uulgus per sanctorum solẽnitates agere cõsue
uit: populi enim qui deberent officia diuina attendere
Sacrificiu3 qd. (Cum sacrificium sit laus & hymnus: cultusq; dei cõstet
abstinentia cupiditatum atq; libidinum/patientiaq; dolo
ris) Saltationibus & Tripudiis inuigilantes cantica etiã
indecentia efferunt: honesti & decori omnino ĩmemo
res: Maronisq; etiam & Tibulli gentilium poetarum ob
liti. Quorũ alteri canitur/In primis uenerare deos. Al
Deus amãdus. teri uero illud: Omnia sint operata deo. Quem quidem
debemus omnes amare/φ pater est: Vereri/φ dominus
honorificare/φ beneficus. Metuere/φ seuerus. Qua de
Religio re/Spes omnis uitæ/ac salutis/in sola dei Religione sit
Quid agendũ posita. ❡ Sunt igitur fragilia contemnenda/ut solida con
sequamur: Spernenda terrena/ut cælestibus oneremur.
Tẽporalia fugiẽda/ut ad æterna ueniamus. Erudiat ergo
Cõtinentia: se quisq; ad iustitiam: firmet ad continentiam omniũ
uirtutum fastigium: præparet se ad agonem & certamẽ:
Instruat ad uirtutem. Vt si forte aduersarius indixerit
bellum/nulla ui nullo terrore/nullis cruciatibus ab recto
& bono diuellatur. Verum & solũ deum rectus cogno
scat: abiiciat uoluptates. quarum illecebris anima subli
mis ad terram deprimitur. Teneat innocentiam: psit q̃
plurimis. Vt possit deo iudice pro uirtutis suæ meritis/

uel coronam fidei/uel præmium ĩmortalitatis adipisci. Docent enim diuinæ litteræ non extingui animas: sed aut pro iustitia præmio affici/aut pœna pro sceleribus sempiterna. Nec & enim fas est/Aut eum/qui sceleratus in uita feliciter uixerit/effugere quod meretur. Aut eum: qui ob iustitiam miserrimus fuerit/sua mercede fraudari. Quocirca semper ita uiuamus: ut rationem nobis reddendam arbitremur. Imitemurq̃ uiros sanctos: quorum: iccirco Solẽnia celebramus: Vt eorum gesta recolentes conemur eos/quantum possumus imitari. ¶Potissimũ uero Christi Iesu ueri dei & hominis præcepta seruantes. Qui cum superius esset: descendit ubi homo erat: Vt eum reuocaret unde ceciderat. Et uerbum caro factũ est: Vt deus & homo inter homines esset. Vnde crastina luce pro hominum redemptione inter bouem & asinũ collocabitur/Creator a creatura genitus: In cælo cũ patre sublimis & incorruptus/In terra cum mr̃e & in præsepio humilis & corruptibilis. Quem ipsum ut genuit: mox adorauit. Dixi.

Animarum remuneratio

Martyrum festa cur.

Christus cur natus.

¶Natali Die Iesu Christi gaudendũ ẽe/& sanctificãdũ. Cur dei filius anni fine uoluit nasci: Cur in dominica: Cur nocte. De Tribus missis celebrandis. De Sacris Vigiliis: De uigiliarũ & Orationis fructu. Tit. iii.

Cur Deus factus est homo

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo:
Iam redit & Virgo/redeunt Saturnia regna:
Iam noua progenies cælo demittitur alto.
Occidit & serpens: & fallax herba ueneni
Occidit: assyrium uulgo nascetur Amomum.
Aspice uenturo lætentur ut omnia sæclo.
Mater aue summi Virgo ĩmaculata tonantis:
Virgo pari numen reddens mortalibus astra:

¶Vtinã mihi hodie Sapiẽtissime ptor: Iudex æquissime: Priores magnifici: uosq; alii ciues ĩsignes/pisistrati facũdia exhiberet: q̃ dicẽdo/tm̃ ualuisse traditus ẽ: ut ei athe-

Pisistratus.

nienses regium imperium orationе capti permitterent. Aut pericles essem: qui sub Anaxagora praeceptore, summo studio ppolitus liberis athenarum ceruicibus iugu3 seruitutis imposuit. Sic enim ego ualerē forsitan Vestras apud Dignationes inclytas, digna aliqua enarrare. Ve3 & si nulla in me dicendi facultas: caelesti tamen gratia fretus, humanitatumq; uestraru3 praesidio, quaedam memoratu dignissima de Natali dominico in ipsius diei cōmēdationem breui aggrediar. Dicam siquidem Cur deus factus est homo. Natali die Iesu Christi gaudendum esse, & sanctificandū. Cur dei filius Anni fine uoluit nasci: Cur in dñica: Cur noctu. De tribus missis celebrandis. De sacris Vigiliis: De uigiliarū & Orōnis fructu Adeste igitur. ¶Exultant mihi praecordia, & membra oīa saliunt Clarissimi Dñi: recurrit nanq; Mantuani poetae illud: Iā noua pgenies caelo demittitur alto: Aspice uenturo laetentur ut oīa seclo. Illud Ecclesiae militantis: Crastina die delebitur Iniquitas terrae: & regnabit sup nos saluator mundi. Illud Exodi: hodie scietis, quia uenit Dñs: & mane uidebitis gloriam eius. Illud beati Hieronymi: hodie uerus sol ortus est mundo: hodie in tenebris seculi, lumen ingressum est.

Deus cur hō

Deus factus est homo: ut homo deus fieret. formam serui Dñs accaepit: ut seruus uerteretur in dñm. Caeloru3 habitator & cōditor habitat in terris: ut homo colonus terrae migraret ad caelos. Quanta ergo laetitia, quanto gaudio, quanta hilaritate humanum genus affici debet hodie: Cum redemptorem Dñm nostrum Iesu3 Christū sequenti aurora uisuri simus!

Sanctificandū esse.

Oportet itaq; esse nos sanctitate puros, pudicitia mundos, honestate nitidos: ad sacras aedes frequentius conuenire: confessionem delictorum purissime agere. Vtq; redemptoris natiuitate Angeli sanctae Trinitati congratulantur:

Gaudendum. quomodo.

Nos quoq; & illi congratulari. Non quidem ebrietatibus: non impudiciciis: non ludis & alea: casu ue tabulae: blassemiis & periuriis: Vt pene per totum terrarum orbem praua consuetudo solet: Gentiles romanos imitans

Nam Saturnalibus eodem mense pueri nucibus ludesbant: & alea Viri. Quod sane Epigrāmatū scriptor ostēdit, Cum ait: Ne aleam sectaretur, Carminibus se operā impendisse. Nos uero Christiāi ueræ salutis, ueræ fidei docti & periti ab luce ad tenebras, a tenebris ad lucem sequimur aleam legibus uetitam. Cumq; ecclesia cantet: Te deum laudamus: ut indicetur, exultare nos cum angelis, & congratulari redemptoris natiuitate: Cantet et: Benedicamus Domino: Illudq; moneat sanctificamini hodie, & estote parati: quia die crastina uidebitis maiestatem dei in uobis: Dum luditur totam noctem, Quas ne laudes, Benedictiones, Sanctificationes agimus? Nō iniuria igitur illud efferre possum: O stultas hominum mentes O pectora cæca. ❡Christus autem in fine anni uoluit nasci: quo se ostenderet, ultima mundi ætate uenire. Sexta feria conceptus, Dominica natus. Sexta feria crucifixus, Dominica resurrexit. Vt qui Sexta feria plasmatum perdiderat, Sexta feria liberaret. Et quia dixerat, Dominico die, fiat lux: eodē uenit oriens ex alto: ut nos illuminaret. ❡Noctu uero is natus est: ut se sub carne latentem uenire significaret. Vel ad illustrandam noctem & tenebras nostras: habitantibus enim in umbra mortis, lux orta est eis. ❡De Missæ quidem officio, illud prætercundum minime: Quod Thelesphorus papa instituit Redemptoris natiuitate debere cantari tris Missas. quo pateret: Christi ortum trium tempum patres saluare. Patres inquam ante legem, sub lege, & post legem. Prima deniq; media nocte canitur: q; qui ante legem fuerant: non fuere aliqua lege illuminati: Secunda uero diluculo: q; sancti patres & prophetæ, qui fuere sub lege scripta, aliquantulum dei cognitionem habuere: uerum non quanta habetur hodie. Tertia autem Missa hora clari diei tertia celebratur: quoniam illuxit nobis dies redēptionis nostræ. Prima igitur Missa est de æterna genitura: de patre scilicet sine matre. Secunda de promissione antiquis facta: de genitura scilicet a matre sine patre.

Saturnalia.

Christus cur āni fine natus.

Cur Dominica natus.

Cur noctu.

Missæ cur tres

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

Prima.

Secunda

Tertia

Prima

Secunda

Tertia

Vnde cantatur, lux fulgebit, non fulsit, aut fulget. Tertia est de Veritate nobis exhibita: quæ de utraque agit. Vnde canitur, puer natus est nobis, Isaiæ capite nono. ¶ Si quis adhuc peteret: quam ob rem Dies Solēnium dierū

Vigiliæ cur.

præcedentes, Vigiliæ appellantur: & in eis Ieiunium facimus: Respondetur, uigilias dici: q olim diebus solēnibus Duo nocturna agebantur officia: Populus autem totam diuinis laudibus noctem in ecclesia uigilabat: uti & nunc maxime fieri solet: Vbi saluatoris nostri iesu, Antonii magni, luciæ ue Natale aduenerit: Sed quia lusores Cantoresq simul eo conueniebant: Turpibus cantilenis potionibus, fornicationibusq inuigilare cœperunt: propter ista, multaq alia non decentia, quæ fiebant: huiusmodi uigiliæ interdictæ fuerunt. Institutumq inde eaque loco Ieiunia fierent: quæ sane adhuc retinent officii nomen: uigiliæ nanq, non ieiunia nuncupantur. Ieiunan-

Ieiunandum & Vigilandum.

dum igitur, & honeste in sacris ædibus uigilandū utiq est: ut propterea mundi ac puri filium dei digne aspicere & suscipere mereamur. Beati enim sunt serui illi: quos dominus inuenerit uigilantes. Neq debemus aleæ pernoctare turpibusq appellere animum: nulla sūmi tonantis habita reuerentia fandi atq nefandi memoris. Mente atq ratione cuius omnem Mundum administrari & regi censent philosophi magni & nobiles. Eoq magis ad uirtutem cuiq nitendū est: & scelera fugienda: q nil

Deo nil latet.

deo latet: nihil deo clausū est. hinc Zeno interrogatus, lateret ne deos homo male operans, ne cogitans quidē inqt. ¶ Vigilādo deniq, ieiunādo & Orādo timor oīs ex

Vigilandi & orandi fructus

cutit: fiducia nascit: Caro macerat. Vitia tabescūt. Charitas roboratur. Recedit stultitia: accedit prudētia. Mens acuitur: Error obtundit. Criminū caput Satanas gladio spūs uulnerat. Quid igitur hac utilitate magis necessarium? Quid istis lucris cōmodius? Quid hac felicitate beatius? ¶ Cæterum q excellentia tua benignissime prætor sūma cum hilaritate & regifico luxu, Senatum populūq ueliternum accepit: in īmensæ memoriam charita-

tis,& dominici laudem & gloriam natalis: Totius nomine Ciuitatis huiusce Veliternæ gr̃as tuæ agimus amplitudini infinitas. Cũq; referri non possint: Deum quæsumus oĩum creatorem, uirtutũq; memorem: & pietatis: ut Magnificentiæ tuæ æterna frui uita longo post tempore ad uotũ cõcedat: Tribuis enim quod cuiq; cõuenit: es iustus, prudẽs, fortis, publici amator boni: Quocirca Veliternis omnibus concordiam & amicitiam Paris. Dixi.

¶ Religionis autores primi. Cur Dii ex hoĩbus facti: Deum timendũ & Venerandũ. Iræ effectus. Iusti & pfecti Viri officia. Natali christiano sobrie, pie, & caste uiuendum. Tit. iiii.



Eloquẽtissimi cuiusq; facũdia mihi hodie opus esset uiri q̃ optimi: quo ũris oĩo auribus satisfieret. Non enim mediocri uir ingenio id unã p̃stare poterit: Si tamẽ beniuolos mihi, attẽtosq; uidero: ea certe in medium ferant: quibus uoluptate non minima ũræ afficientur aures. Nam religionis auctores primos: Cur Dii ex hoĩbus facti: Deũ timẽdũ & uenerandũ: Iræ effectus: Iusti & perfecti uiri officia: Natali christiano sobrie, pie & caste uiuendum paucis aperiam: Vt Deum ipsum continue pura, integra, incorruptaq; & mẽte & uoce ueneremur. Adeste, faueteq; ẽt atq; etiam oro: & quæ dicam animaduertite. ¶ Cælum Saturni patrem iustum & benignum uirum, & astrologiæ non imperitum, Primum regem fuisse Eumerus historicus ait: a quo Cælites deos sacrificiis primo cultos: & inde Cæli cognomen habuisse. Didymus uero aliter: scribit enim Melissea cretensium regem, primum diis sacrificasse: Nouosq; ritus sacrorum, & pompas introduxisse Sed nimirum hi omnes, qui olim colebantur, ut dii: homines fuerũt: & iidẽ primi ac maximi reges. Eos aũt aut ob uirtutẽ, quia pfuerãt hominũ generi, diuinis honoribus affectos eẽ post mortẽ: Aut ob bñficia & ĩuẽta: qbus humanã uitã excoluerãt: ĩmortalẽ memoriã consecutos:

Cælus rerum primus.

Cælites.

Melisseus rex.

Dii ex hoĩbus

Deus uenerandus — quis ignorat. ¶ Cæterũ quia sine religione idest summa

Pietas qd. — pietate: quæ nihil aliud est / quam dei parentis agnitio & notitia: Vita hominum stultitia / scelere / inmanitate completur: Sempiternus deus & dies & noctes timendus: tutissima enim res est / Nil timere præter deum: a quo hominum uitæ consulitur / & prouidetur. Nam mente consilioq; diuino / omnia hoc in mundo ad salutem omniũ conseruationemq; administrãtur / & regunt. Quiq; deum honorauerit / hoc afficietur pmio / ut sit in æternum

Sacrificia cultoris dei. — beatus: sitq; apud deum / & cum deo semper. Veri autẽ cultoris dei sacrificia sunt / Mansuetudo animi / & uita innocẽs / & actus boni. Qua de re absit ab eo Ira idest cõ

Iræ effectus. — motio mentis / ac perturbatio: quæ hominẽ sapientem & grauem non decet. Siquidem quum in animum cuiusq̃ incidit / uelut sæua tempestas tantos excitat fluctus / ut statum mentis ĩmutet: ardescant oculi: os tremat: lingua titubet: dentes concrepent: Vultum maculet nunc suffusus

Iusti uiri officia. — rubor / nunc pallor albescens. Quicumq; igitur sanus iustus perfectusq; homo esse uoluerit / & deo charus / Iracũ

Virtus quid. — diam temperet (Nam uirtus est iram cohibere / cupiditatem compescere: libidinem refrænare) opes non admiretur: Alienam mulierem sancte uideat: Nihil omnino appetat: non inuideat ulli: Nõ fastidiat quenq̃: Sit humilis / misericors / beneficus mitis / humanus: paxq; in ani

Religio ex q' bus est. — mo eius perpetua uersetur. hæc est enim religio cælestis non quæ constat ex rebus corruptis: sed quæ uirtutibus animi: qui oritur e / cælo. Et hic uerus dei cultus est: ĩ quo mens colentis se ipsam deo immaculatam uictimam si

Caste uiuendũ — stit. ¶ Qua de re / quia crastina die tenebrarum caligo minuetur: lux fidelium & credentium oculis reddetur: Syderum conditor / omniumq; redemptor Mariæ uirginis hubera sugget: Vt digne cum eo gloriari possimus in cælis / Saluatorem expectantes sobrie pie caste uiuamus. Dixi.

¶Christianæ Incarnatõis: Religionisq; institutæ causa Cur nati homines: Quid eis agendu3 ut beati cum deo habitent Tit.v.



T si patres optimi, Exilis ingenii mediocritas tenues admodum fruges parit: aperiam tamen facultate qua ualeo, Christianæ Incarnationis: Religionisq; institutæ causam: Cur nati homines: Quid eis agẽdum ut beati cum deo habitẽt. Intendite quæso. ¶Deus filiũ suum labi iussit e cælo: ut Religionem dei sanctam transferret ad gentes, idest ad eos, qui deum ignorabant Doceretq; iustitiam: quam perfidus ille populus abiecerat. Itaq; per incarnationem filii dei (qua hominis animã corpusq; suscæpit) saluamur. Vt ad illa, q̃ credimus puenire ualeamus. Totũ nãq; hoĩẽ assumpsit dei filius ut totum beatificaret: Et peccatu3 generis humani de'eret. Quocirca & maxima & admiranda caritas dei patris, quũ proprio filio non pepercit, uerum pro nobis omnibus tradidit illu3: aperuit ianuam regni cælorum. Omni itaq; cura deposita redẽptori nostro gratiæ, quales possumus agi debent. Nã quis tam durus, tam inhumanus, tam ferreus sit: qui deum non diligat: a quo tãtu3 se diligi conspicit: Nulla enim maior causa fuit aduẽtus domini nisi ut ostenderet Deus dilectione3 suam in nobis. Itaq; natus est Christus salutarem mundo afferens fidem: uere petra medio rerum posita: ubi comminueretur, qui offenderet: qui crederet saluaretur. Vere ignis ardens: quem qui sequitur, illuminatur: qui tentat exuritur Ipse est christus christianoru3 caput: saluator bonorum, malorum punitor: Iudex omnium: qui formam secuturis uerbo & opere statuit: ¶Cæterum q; est conditor rerũ orq; mundi deus, Ideo recte ac uere Religio cõstituta est: autori enim rerum, parentiq; cõmuni honos ueneratioq; debetur. Falsa igitur est illa sentẽtia: qua putãt terroris ac metus gratia Religionem a sapientibus insti

Deus cur hõ factus.

Religionis causa.

homines cur nati.

tutam: quo se homines imperiti a peccatis abstinerent. Cum hac conditione gignamur: ut generati nos/ Deo iusta & debita obsequia præbeamus. hunc solum noue rimus: hūc sequamur. hoc uinculo pietatis abstricti deo

Religio unde

& religati simus: Vnde ipsa Religio nomen accepit: Inutilis est enim deo/ qui fide ac deuotione caret. Nec iustus ac sapiens ullus est: nisi quem dominus præceptis

hominis officium

cælestibus erudiuit. Quapropter id hominis officiū est in eoq; solo summa reruz/ & omnis beatæ uitæ ratio cō sistit: ut sciat quo ritu/ quoue sacrificio/ deum coli oporteat. Quandoquidem propterea facti & inspirati ab eo sumus: ut cæli deum pura & integra mente coleremus. Quisquis ergo rectuz uitæ iter tenere nititur/ Non terram debet aspicere/ sed cælum: non ad corpus referre omnia/ sed ad mentem: non huic uitæ dare operam sed æternæ. Maledicenti benedicto respondeat: Nunq̄ ipse maledicat: ne uerbum maluz procedat ex ore hominis: qui colit uerbum bonum. Nec mentiatur unq̄ decipien

uirtus quid.

di aut nocendi causa: Virtus est eniz bonum facere: malum effugere: Quare inter summas Hominuz quidem uirtutes/ innocentia numeratur. Et homo/ qui scientiam boni ac mali habet/ abstinet se a nocendo/ etiaz cum incommodo suo: Vt perfectus & purgatus hinc exiēs/ cuz deo habitet. Deponitq; omnem malam cogitationēz de

Dēo patent omnia

corde suo: Nihil enim deo clausum est: interest animis nostris/ & cogitationibus cūctis. Ideoq; mala omnia re

Mala cur

bus humanis quottidie ingrauescūt: quia deus huius mū di effector & gubernator derelictus est. Inde supbis resistit: humilibus autem gratiaz præbet. Quocirca huma nitate & castitate & bonis moribus nixi amemus deum ut amemur a deo. ne propter delicta nostra auertat faci em suam a nobis: & non misereatur. Amabimus autem

Deus quō amabitur

deū: si in hoc imitabimur: ut uelimus prodesse omnibus nocere nulli. ærūnas & angustias mutua charitate releue mus. Ieiuniis Vigiliis/ Orationibus crebris insistere debeamus. Ipse enim Diuina uoce instruit nos/ & monet: Dominū deum tuum adorabis: & illi soli seruies. Dixi.

¶De Tempore & causa Incarnationis: Dominicique Natalis. Et quid homo (quo sit dei amicus) agere, uitareq; debet. Tit. vi.



T humanarum & cælestium disciplina re. tum, sublimisq; dei gratia, hoc in loco dicturus indiget sapientissimi uiri: Secus eniz. digna aliqua enarrare non poterit. Qua de re summi patris & opem & dexteram inuoco: Vestrumq; omnium benignā mētem, & aures opto. ita nanq; audentius de Tempore & causa incarnationis, Dominiciq; natalis Sermonem fecero: ostendēs qd homo (quo sit dei amicus (agere, uitareq; debet. Attendite diligenter: Vani nanq; sunt omnes: in quibus dei scientia nulla subest. ¶Legimus a principio mundi ad christi incarnationem, quinq; annorum milia centumq; nonaginta nouem præteriisse annos: Legimus ēt tria dumtaxat millia: Annosq; nongentos & sexaginta. Vbi igitur tēpis plenitudo aduenit: misit deus filium suū factum ex muliere, factum sub lege: ut eos, qui sub lege erant redimeret: ad regnaq; cælorꝫ reduceret. Post lapsum siquidem primorꝫ, parētum, humanū genus plongissima tpum spatia, sub diuina indignatione pmansit. xp̄s ergo uerus deus & hō malis oībus finē dedit. ¶Nā regnāte Herode in iudæa: apud Romanos iam mutato reip. statu impatore Cæsare Augusto, & p eū orbe tærre pacato, Natus est xp̄s in Bethleem iudæ: hō manifestus ex hoīe uirgine. deus occultus ex deo patre: sic. n. pphe ta prædixerat: Ecce uirgo in utero cōcipiet: & pariet filium: & uocabit̄ nomē eius Emmanuel: quod est interpretatū nobiscū deus. Ad cuius diuerso mō pfectionē indicandā, ut oñdatur patri æqualis, dicit̄ filius. Vt oñdatur patri p oīa similis, dicitur imago. Vt oñdatur immateri aliter genitus, dicit̄ uerbū: Nā uerbū solus filius accipit̄. Qui pp liberādum a morte æterna hoīem, factus ē hō. Nāq; si homo nō peccasset: Virgo nō pepisset. In quo sane dei charitas in nobis apparuit: qm̄ filius suum uni

Incarnationis tempus

Christi natale


Emmanuel

filius
imago
uerbum
Deus cur hō.

genitum misit in mundum:ut uiuamus per eum.ꝙ om-
nes sub peccato nascimur:& per unum solum/qui sine
peccato natus est:liberamur.hinc ait ipse: Ego sum mū
quid hōi agendum. di lux:qui me sequitur:in tenebris non ambulabit. ¶Vt
ergo dei filium humani generis saluatorem sequamur
ab omni peccatorum & cupiditatum malarum labe mū
demur:eius beneficiorꝫ solemnitatibus/festis/& diebus
statutis memoriam celebrantes.Ipse enim fons nostræ
bonum hōis. beatitudinis:ipse omnis desiderii est finis.Bonum &.n.
nrūm/ de cuius fine inter philosophos magna cōtentio
Dei cultus proprius est/nullū est aliud/q̄ illi cohærere.propriusq; dei cultus
& uera religio/& recta pietas/& tantum deo debita ser-
Deus amādus uitus illa est:Diligere dominum deū tuum/toto corde/
tota anima/tota mente tua:& proximum tuum tanq̄ te
Sine deo uir ipsum.Qui autem non colit deum/ miser est: quia deo
Cultus antiquus priuatur.Quaꝫ uero antiquus sit/in sacrificando dei cul
tus:Duo illi fratres Cayn & Abel satis indicant:Quo-
rum maioris deus sacrificiuꝫ reꝓbauit: minoris aspexit:
Cor nostruꝫ. Cor enim contritum & humiliatum deus non spernit.
Non uult ergo sacrificium trucidati pecoris/ sed contri
Sacrificia uera ti cordis:Cum uera sacrificia sint opera ipsa misericor-
diæ:quæ quidem non ob aliud fiant: nisi ut a miseria li-
beremur. ac ut propterea beati simus.Itaq; immolemus
deo sacrificiū laudis:& reddamus altissimo uota nostra:
ꝙ præmia bonis factis/peccatis autem supplicia sunt cō
Quæ uitanda stituta.Quocirca beatum non faciūt uitiosæ ac morti-
feræ uoluptates:nō opulentia libidinum incitatrix:non
inanis ambitio:nō caduci honores: quibus illaqueatus
Immortalitas animus humanus æterna morte damnatur.Sed sola in-
nocentia/sola iustitia/cuius legitima & digna merces est
immortalitas: quaꝫ statuit a principio deus sanctis & in
corruptis mentibus. Quæ se ab uitiis & ab omni labe
Quæ uitanda terrena integras/inuiolatasq; cōseruant.Proinde uniuer
sos oportet:qui sapientes/qui homines merito dici uo-
lunt.fragilia contēnere:terrena calcare: humilia despice
re.Vtq; possimus cum deo beatissima necessitudine co

pulari: cuiusquidē gratia cunctis hoībus apparuit: impie tatem secularia desideria uitemus: sobrie/ iuste/ & pie uiuentes: expectantes beatā spem/ aduentūq gloriæ ma gni dei & saluatoris nrī IesuChristi: q semetipsum pro nobis dedit: ut nos ab omni iniquitate redimeret: popu lumq bonorum opum studiosum mundaret. Dixi.

❡Cur nam Christi Iesu Natalem: Cur Dominicū diem: Cur Martyrum festa celebramus. Titulo septimo.



Vid hodie patres inclyti palam dicerē cogi tanti mihi/ illud occurrit: Qua de re Christi Iesu Natalem: Cur Dñicum diem: Cur aliorꝫ Martyruꝫ festa celebramus/ ostendere. Quo circa & mentē & aures intendite. ❡Erant homines dei patris inimici omnes: Christus aūt dei & hominū medi ator/ ut nos illi reconciliaret e cælo in terram descendit. Caput etiam spinis opposuit: Manus & pedes clauis ob iecit. Vt deo homines copularet a mortis contagione/ & obligatione peccati liberās. Hinc & Iesus græce lati ne saluator dr: quia cunctis gētibus salutifer uenit. Queꝫ quidē uenisse elemēta oīa testata sunt: Deum. n. hūc cæ li esse cognouerūt: quia ꝑtinus stellaꝫ misere. Cognouit mare/ φ eius plantis sē calcabile ꝓbuit. Cognouit terra eo nanq moriente cōtremuit. Cognouit sol etiam/ quia lucis suæ radios abscondit. Saxa & parietes agnouerunt quia tempe mortis eius scissa sunt. Infernus agnouit: qa quos tenebat mortuos reddidit. Memores igitur Chri sti aduētu hoīem deo r̄conciliatū/ anno quoq illius Na talē dieꝫ merito celebramus/ & ueneramur. ❡Ab eccl'ia uero institutū ē/ dñicuꝫ diē christianæ meōriæ dedican dū/ eo maxīe φ dies ille dieꝝ oīum primus fuisse legit: Eritq seculi huius ultimus. quē nulla ꝓcessit/ nec ulla nox sequet. Eo die & cælū/ & terrā/ & angelos deus creauit. Boni ī cælo glorificati sunt: mali uero expulsi. Eo factus est hō Christus. Eo destructis īferni claustris: sctōrum

Christus cur in terram

Iesus idest Saluator

Elementa deū nouerūt neīsse

Natalis dies cur celebrat̄

Dñicus dies cur celebratur

animas inde eripiens surrexit a mortuis: Et mors interi tum/ & uita cœpit initium. Qua ppter non solum in paschate diem hunc celebramus: uerum etiam p singulas quasque hebdomadas ipsius diei imaginē frequentamus. Eo die mortuorum resurrectio fiet: reddenturque unicuique secundum opera sua pmia. Eo die Spiritus sanctus in linguis igneis missus est ī Apostolos. Eo denique erit initium & continuatio sine fine laudum dei/& domini nostri Iesu Christi. Merito igitur uniuersa Sabbati gratia: & antiqua illa festiuitas populi Iudæorum diei huius solemnitate mutata est. Illi in Sabbato seruile opus nō faciebāt: Nos item Dominico die seruile opus nō facimus: quia uitiis & peccatis non seruimus: qui enim facit peccatum seruus est peccati. Martyrum præterea solemnia celebramus tanq̄ sanctorum hominū dei: qui sane usque ad mortem sacrorum suorum corporum/ p ueritate certarunt: quo falsis Religionibus uictis/Religio uera cunctis hoībus aperta esset. Deus uero eos homines & Martyres fecit: & sanctis suis Angelis cælesti honore sociauit: Vt ea celebritate & deo uero de illorum uictoriis gratias agamus: & nos ad imitationem talium coronarum atque palmarum eodem inuocato in auxilium ex eorum memoriæ renouatione adhortemur. Quæcunque igitur adhibētur Religiosorum obsequia in Martyrum locis/ad ornamenta sunt memoriæ: non sacra sunt uel sacrificia mortuorum tanq̄ deorum. Veluti prisci illi extimabant: qui beneficiis excellentes uiros in cælum fama sustulerunt: Hinc enim Aesculapius/hinc liber dii sunt habiti.

Martyrum Solemnia cur

¶ Absolutis quæ proposueram/omnes ad unum moneo: Nihil deo aduersante tutum esse: Et serpente uicino nullam esse securitatem. Quam ob rem fuganda sunt uitia/cunctaque scelera: Iniustitia maxime atque Impietas: Et diuina præcepta seruanda Christo dicente: Si diligitis me/mādata mea seruate. Dixi.

¶Septimus Sermonum Libellus/ de Sacro Baptismo/ Continet Sermones Septem

¶De Sacramentis septem eccl'iæ. De Ioannis & Christi Baptismatis differētia/ & uirtute. Et quibusnam liceat Baptizare. Titulo primo.



QVidnaꝫ Viri Egregii de baptismi sacramēto dicendum esset: exequi nullo pacto mei facultas ingenii posset: itaqꝫ sermoneꝫ paucis expediam. Nam breui de Sacramentis septem ecclesiæ: De Ioannis & Christi baptismatis differentia & uirtute: Et quibusnam liceat baptizare/disseram. Nouæ legis & gratiæ Sacramenta dicunt̄ septem: Baptismus: Confirmatio: Eucharistia: Pœnitentia: Vnctio extrema: Ordo: Coniugiuꝫ. Ex iis baptisma remedium contra peccatū præbet: gratiamqꝫ adiutriceꝫ confert. Chrisma spiritus sanctificationem adhibet. Cōiugium dumtaxat in remediuꝫ est. Eucharistia & Ordo gratia & uirtute nos fulciunt. Baptismus intrantium est Sacramentum: Confirmatio pugnantium: Eucharistia progredientium. Pœnitentia est errantium/& deficientium: Matrimonium incontinentiuꝫ: Extrema Vnctio exeuntium. ¶Christi autem Baptismum Ioannes suo baptismate prænuntiauit: qui certe omniuꝫ primus baptizasse legitur: Verum in Aqua non in Spiritu. Ipse eniꝫ ait: Ego baptizo uos in aqua in pœnitentiam: nam sola corpora abluebat: A peccatis uero nō mūdabat. ꝙ erat in pœnitentiam/nō in remissionem/ uti Christi baptismus. Ioannes enim baptizans/homines uocabat ad pœnitentiā/& pœnitere docebat. Vnde scribit̄: Veniebāt ad Ioannē ī Iordanē confitētes pecc̄a sua. In quo baptismo pc̄tor̄ remissio nō dabat̄: q̄ data est in Christi baptismate. Vtilis deniqꝫ Ioannis baptismus erat: ꝙ homines usu Baptizandi præparabat ad Christi Baptisma. ¶Quodq̄dē solis sacerdotibus ē traditū eiusqꝫ misteriuꝫ

Sacramenta septem

Ioannis baptimus

Christi baptismus

Ioan. baptūs

Baptizare quibus liceat

nec ipsis Diaconis licet īplere absq episcopi uel præsbyteri uenia: nisi iis procul absentibus ultima lāgoris cogat necessitas. Quod etiam & fideles laicos minime decet: Nec mulier q̄uis sancta audeat baptizare, nisi necessitate cogente. Cum igitur christi baptisma in peccatorum remissionem fuerit institutum. & gratiam præbeat: Iure & merito hodie Iulius infans illud accæpit: Iure & merito cuncti nos etiam tanto illius bono lætari debemus. Dixi.

¶Quid sit Baptisma: Eiusq Forma: & causa institutionis. Tit. ii



Voniã uiri clarissimi in conuiuio sermones habendi sunt, non anxii: sed iucundi, & quadam cum uoluptate utiles: ex quibus ingenium nostrũ uenustius & amœnius fiat. Non ab re hoc in loco, Quid sit baptisma: eiusq forma: & causa institutionis edisserã. Quæ so igitur animaduertite. ¶Baptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata per uerbum dei. Vel, baptismus est ablutio corporis exterior facta, sub forma præscripta uerborum: Si enim fiat ablutio sine uerbo, non est ibi sacramentum. In duobus ergo consistit: uerbo, & elemēto. Cætera uero ad eius solemnitatem ptinere dicuntur Est q huius sacramēti materia duplex: Remota, quæ est aqua propinqua, quæ est in aqua ablutio. Celebratur. n. id sacramentum in aqua tantum, nō alio liquore: quia sicut aqua sordes corporis ac uestes abluit: ita baptismus maculas animæ, uitiorumq sordes emundando abstergit: Vel ideo: quo nullum inopia excusaret: ut cōmunis materia baptizãdi apud omnes inueniret. Quod sacramentũ aqua significauit: quæ de latere christi exiuit: uti & sanguis alterius sacramenti signũ fuit. Non igitur alio in liquore, nisi in aqua baptismus consecrari pōt. ¶Eius autem forma est illiusmodi: Ego te baptizo in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Nec sufficit, uerba corde

Baptismus qd

Materia duplex

Cur in aqua tantum

Baptismi forma

Fides ubi ōnsistit

cogitare:nisi uocaliter exprimantur:Nam in uocali ex- fides ubi consistit.
pressione uerborum/pfecta fidei professio significatur:
quæ quidem & in uerbo-& in corde consistit:Inde Au-
gustinus ait:Detrahe uerbū/aqua quid erit nisi aqua? Ac
cedit uerbum ad elementum & fit sacramentum.Bapti-
zandi uero tertio mergi debent:Et tam si semel dūtaxat
immergātur/uerū baptisma accipiunt.Et qui semel im- Baptizandi immersio.
mergit-non peccat:nisi ecclesiæ consuetudo obsistat:uel
hoc modo tantum debere fieri asserat.Nan in trinis im-
mersionibus personarum trinitas-& triduum sepulturæ
christi:Et in una potest diuinitatis singularitas designari
¶Causa deniq; institutionis baptismi est innouatio mē-
tis:ut homo/qui per peccatū uetus fuerat:per baptismi baptismi causa
gratiam renouetur.quod certe fit uitiorum depositione/
& collatione uirtutū.Tunc enim fit quisq; nouus homo
quum abolitis peccatis-ornatur uirtutibus. Ablutio pec
catorum feditatem pellit:uirtutum appositio decorem
affert.hinc in Ezechiele Deus ait: Aspergam super uos
aquam mundam:& mundabimini ab omnibus immun
ditiis uestris:& dabo uobis cor nouum-& spiritum no- baptismi uirtus
uum:Interior itaq; munditia res est huiusmodi sacramē
ti:Quocirca christus cum primū adolescere cœpit/in
Iordane flumine tinctus est ab Ioanne propheta:Vt spi christus cur baptizatus
ritali lauacro peccata non sua:quæ utiq; nō habebat:sed
carnis-quam gerebat aboleret.Vt quemadmodū iudæ
os suscepta circuncisione-sic etiam gētes baptismo idest
puri roris pfusione saluaret. Prōptissimo igitur animo
pres inclyti sacri baptismi fontē adīr:liberisq; nostris id
bonum cōferre debemus:quo medio peccatis abolitis
& mundatur/& renouatur homo.Dixi.

¶Modus & Ordo sacri baptismatis Ti.iiii:



Ptarem hodie summi historici facundiam &
eloquentiam q̄ optimi ciues & dn̄i:Cuius no
men & gloria Gaditanum ægit:uti ab ultimo
terrarum orbe eius uisendi gratia Romā pe-
teret.Optarem inq̄ illius facundiam: Quo uestris me-

dicente prudentiis satisfieret:duram nanq; cæpi puinci
am: Verum & si illa deest, orationis tædium breuitate
rependam:paucis nanq; de modo ipso, & ordine sacri
Modus baptismi. baptismatis differam. ¶ Itaq; ante omnia sacerdos pue-
rum tenere per latera, uersaq; in aquam facie debet im-
mergere:Idq; in humilitatis & reuerentiæ signum. Ali-
quis etiam qui, baptizatum de sacro fonte suscipiat adsit.
ꝙ spiritalis regeneratio, quæ fit per baptisma, quodam
modo generationi corporeæ assimulatur: in qua certe
paruulus nutrice indiget, & pædagogo. Ille autem ut bap-
tizatum in fide nouitium de his, quæ christianæ sunt ui-
pr̃es spiritales tæ, edoceat: Augustino illa præcipiẽte: Vos ante omnia
tam uiros q̃ mulieres, qui filios in baptismo suscepistis
admoneo:ut cognoscatis fideiussores apud deum ꝓ illis
extitisse:ideoq; semper eos admonete, ut castitatem cu-
stodiant:iustitiam diligant:charitatem teneant. Thoma
uero doctore, spiritales hodie patres ad ea minime ual
dẽ obligantur:ꝙ ut plurimum qui baptizantur, parentes
habẽt christianos:qui sane filios diligent̃ instruere pos-
sunt. quod si illi neglexerint, saluti spiritalium filiorum ipsi
impendant. Qui autem de sacro fonte puerum suscipit,
pater spiritalis & unus & plures esse ualent:Nam cum omnibus spiri-
talis cognatio contrahitur. Eritq; ille secularis non reli-
giosus aut monachus:& fidelis non infidelis. Isq; bapti-
Ordo bapti. zati pater spiritalis uocat̃:& ut pater est diligẽdus. ¶ Eo-
rum deniq; ordo, quæ sunt ad sacramenti baptismatis
solẽnitatem secũdum coẽm ecclesiæ cõsuetudinem ad-
Exufflatio hibẽda:est ille. ꝙ ante omnia puer exufflatur:ut diaboli
uirtus exterior expellatur:& interior expellenda signifi-
Crux cetur. Postea uero crucis signum & in pectore & in frõ
te fieri debet:ut se pellendum dæmon intelligat, tam ex
Sal occulto cordis, q̃ ex apto confessionis. Tertio sal in ore
ponitur:ut per typicum salem, sapientiæ sale cõditus ini
quitatis fetore careat:ne peccatorum uermibus putrefiat
ulterius:sed magis illæsus ad maiorem gratiam ꝑcipien
dam seruetur. Sal ergo significat:ꝙ per baptismum sapi

entiæ sapor pparatur:fetorq; fomitis restringitur. Quarto nares & Aures saliua tanguntur:ut ei nares apiantur/ad odorem notitiæ dei accipiendū:& aures ad dei mādata audienda. Quinto in pectore & in scapulis fit inūctio: ut unctionis gratia ad deum amandū/ ad bonaq; opera facienda significetur. Sexto fit unctio Chrismatis in uertice post baptismū:ut christi regni baptizatus pticeps/a Xpo christianus uocari possit. Eiusmodiq; inunctio fit in capite:ꝙ sapiētis sensus in capite eius. Per caput ergo anima designatur:quæ p baptismum imputribilis/redditur ad contēplandum æterna. Chrisma enim ex oleo lucēte/cōseruantiq; balsamo cōficitur. Septimo baptizatus cādido uestimēto induitur:quod innocentiā christianāq; puritatem significat: quæ quidē post ablutas ueteres maculas studio sanctæ cōuersationis immaculata seruari debet:ut ante christi tribunal eadē repsentetur. Unde Ambrosius: Accepisti post baptismum uestimenta candida:ut esset indicium/ꝙ exueris uoluntatē peccatorū:& indueris innocentiæ casta uelamina. Nouissime ponitur in manibus Cæreus:ut sit lucerna pedibus eius uerbum domini:& lumen semitis eius. Debent igitur (nisi necessitas repugnarit) prædicta oīa dum aliquis baptizatur/rite celebrari. Quorū etiam/qcunq; baptisma sumpserunt/nō immemores esse decet. Sic enim sacri baptismatis sortiūtur effectus:quibus certe originalis actualisq; culpa deletur:pœna remittitur peccato debita:sancti spiritus gratia/uirtutumq; copia conferuntur Propter quæ oīa noster Lælius īfans præsenti luce baptisma & iure & merito sumpsit. Dixi.

Saliua

Unctio

Chrisma

Caput anima.

Vestis alba

Cæreus

Baptismi effectus

¶ Baptismi Sacri Tres effectus. Tit. iiii.



Enerādi Prēs & dn̄i/Licet ego indignū me atq; ineptū/ad ea/quæ in psentia mihi mandant̄/esse animaduertam:Obedientiæ tamē grā mādatis obsequi p uiribus nitar:dūmodo urāe benignæ aures audir̄ nō dedignēt̄

Baptisma qd

Deletio culpæ

Remissio pœnæ

Collatio grãæ

Dignamini Obsecro/ Paucis nanq; de Baptismi Fructibus siue effectibus sermo fiet. ¶Cum igit̃ baptismus seu baptisma/(utrunq; enim dicitur)sit aqua diluẽdis criminibus sanctificata p uerbum dei: Tres inde effectus emanant.¶Primus/Deletio culpæ dicitur:baptismo sed enim tollit̃ omnis culpa/tam originalis q̃ actualis: hõq; in pristinã innocentiã restituitur q̃tum ad aĩam:Idq; diuinæ gratia liberalitatis. ¶Secundus effectus Remissio pœnæ appellatur: baptizato nanq; pœna omnis peccato debita remittitur. Vnde & Augustinus de baptismate inquit:Quicquid ab homine dictum/factum/& cogitatum est:totum aboletur/& quasi non factum habetur. ¶Tertius uero effectus Collatio gratiæ uocitatur: quoniam sancto & sacro baptismate Spiritus sancti gratia/sanctarumq; uirtutum copia homini datur. Merito igitur Viri præstantes gaudendum est & lætandum/ & exultandum quoq;/ut facimus in eiusmodi sacramenti collatione. ¶His omissis quoniam uestræ benignitates dignatæ sunt prompto animo hilariq; fronte in Baptisma te Mariani Filioli Congratulari præstantissimo Viro Iurisq; Consultissimo PetroPaulo:Ego eiusdem nomine Gratias Ago omnibus/ Omnipotentis Numina Rogitans/ ut Egregio ac Sapienti Viro Angelo Mariani Auo: Ipsiq; PetroPaulo patri/ Cunctisq; suæ Domus Nepotibus ea præmia posse reddere concedant: Quæ quisque exoptat & mente uoluit. ¶Nouissime autem ad te Vir inclyte PetrePaule me uerto: illa quidem cum Propheta Canens: Sit Vxor tua sicut Vitis abundans in lateribus Domus tuæ: Filii tui sicut Nouellæ Oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Benedicat tibi Dominus/ ut uideas bona omnibus diebus uitæ tuæ: & uideas Filios filiorum tuorum. Fiat Pax in uirtute tua: & abundantia in turribus tuis. Amen. Dixi.

Angelus Tinotia

Votum in filios

¶De Baptismi necessitate: An scilicet teneantur omnes ad baptismi susceptionem: Et an quis sine Baptismate saluari possit. Tit. v.

DEceret potius uiri præstantes, me aliorum sermones audire, q̃ hoc in loco uerba facere. Ne tamen clarissimi uiri lucidi uoto deesse, repugnareq́ uidear: De baptismi necessitate, An scilicet teneantur oḿs ad baptismi susceptioné: Et an quis sine baptismate saluari possit: breui expediam. ¶Postq̃ igitur baptismatis institutio facta é, & palam omnibus significata. baptizari tenentur omnes. Augustino dicente illud de fide ad petrum: firmissime tene, & nullatenus dubites, exceptis illis, qui ꝑ Christi nomine suo sanguine baptizantur: nullũ hominem accepturũ uitã in æternam: qui non hic fuerit per pœnitentiam fidemq́ conuersus: & per sacramentũ fidei & pœnitentiæ, idest per baptismum liberatus. Tantæ autem dignitatis est baptisma, ut etiã in utero sanctificati baptizari debeãt. Idq́ propter obedientiæ bonum q́ deus præcæpit omnes renasci aqua: Ait enĩ christus Nicodemo Ioannis tertio: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto: non potest introire in regnũ dei: Et propter humilitatem, q́ unusquisq́ debet se iudicare peccatorẽ: & christi redéptione indigere. ¶An autem quis sine baptismate saluari possit, Beatus Thomas ample ostẽdit: ubi ait: baptismi sacramentũ dupliciter posse alicui deesse: Vno modo & re, & uoto: quod illis cõtingit: qui nec baptizantur: nec baptizari uolũt. Quod manifeste ad sacramenti contemptum ptinet: qui tales salutem cõsequi non possunt. Alio modo re, sed non uoto: sicuti quũ desiderat aliquis baptizari: sed casu aliquo anteq̃ baptismum suscipiat, moritur. qui certe sine actuali baptismo salutem consequi potest. Qua de re Theologi Tria baptismata esse dicunt. primum flaminis idest spiritus sancti: quo baptizantur hi: qui baptizari uellent,

Baptizari tenentur oḿs

An quis sine bapt. saluetur

Baptismata tria flaminis

Fluminis
Sanguinis

ut dictum est/ & nõ possunt. Secundũ fluminis idest aq̃ de quo loquimur. Tertium sanguinis: quũ quis baptizari aqua nõ ualens/ patitur ꝑ Christi fide: & moritur ꝑ confessione eius. Cui ꝑfecto cæli ianua apitur. Horum tamen unũ est sacramentũ fluminis seu aq̃: Alia uero duo minime/ licet salutem conferant. Cum igiť sine baptismatis sacramento ad uitam æternaꝫ cæli ianua nullo pacto aperiatur: Optime uir insignis lucidus homo religiosissimus Pomponio filio forma præstanti/ & optima indole puero/ ꝓcedente tempore ad summũ gloriæ cumulum ꝑuenturo/ baptisma contulit. Queꝫ opto deus omnipotens & illustrem & longæuũ & sapientem/ patreq̃ optimo meliorem esse uelit. Dixi.

¶ An sit Differendum/ uel Celerandum Baptisma. An etiam peccatores sacrum adeuntes Baptisma/ teneantur peccata sua confiteri. Titulo Sexto.

SI cui tacendum potius q̃ loquendum esset Viri egregii: Mihi equidẽ multo magis: ꝙ & puer & rudis reꝝ notitia careo. Veruꝫ ubi omnino dicendi onus subire oportet & si inuitus id ipsuꝫ subeo: Vestras oro ac obsecro humanitates ut ipsæ nunc attentis me auribus audiant: paucis enim expediam/ an sit differendũ/ uel celeranduꝫ baptisma: An etiam peccatores sacrum adeuntes baptisma/ teneantur peccata sua confiteri. Itaq; dicimus baptizãdos uel pueros esse/ uel adultos. Si pueri/ nullo pacto differendum erit baptisma: primo quidẽ/ ꝙ maior instructio/ pleniorue cõuersio in eis nõ expectatur. Secundo ꝓpter mortis piculuꝫ: Cui certe alio remedio q̃ baptismatis sacramẽto succurri non potest: Quibus pueris baptisma ꝓdest ꝓpter offerentium & ecclesiæ fidem. Si uero adulti fuerint: nõ statim ut conuertunť/ est eis sacramentũ baptismatis cõferendũ: sed differri oportet ad tpus aliquod/ ꝓpter ecclĩæ cautionẽ: ne forte deci

Pueri citius baptizandi

Adulti fiu*

piatur/cōferens ficte credētibus sacramentū. Vñ de consecratōe distinctōe q̄rta habent illa: Iudæi/ quoq; pfidia freq̄nter ad uomitum redit: si ad leges catholicas uenire uoluerint: Octo menses inter catacuminos eccl'iæ limē introeant: & pura fide uenire noscant: Hāc demū baptismi grām mereant. & illa: Iudæis ad baptismū uenientibus indicēda est pœnitētia & abstinētia .xl. dieq;. Secūda dilatōis ratio ē/ coq; utilitas: q baptizant: aliquo enim tp̄is interuallo indigēt: quo de fide plenius instruant: in hisq; excerceant/ quæ ad christianā uitā ptineant. Tertia ratio ē/ Sacramēti reuerentia: ob quā oli; adulti baptizabantur duabus p̄cipuis sollēnitatibus: Paschate scilicet & Pentecoste. Potest tamē p̄dicta omitti dilatio/ aut necessitate/ du; baptismū cupiens esset morti expositus/ uel psecutōi/ uel naufragio: Aut baptizādus pfecte instructus in fide/ & ad baptisma idoneus appareret. Ad illud deniq; An peccator ipse baptismū adiens pecā sua cōfiteri debeat. aduertendū ē/ duplicē esse pecoq; cōfessionē: Vnā quæ fit deo interius: & hæc añ baptismū requirit: ut hō pecā sua r̄minisceens iis doleat: Nō. n. pōt nouā incohare uitā/ nisi eum pœniteat ueteris. Alia uero est cōfessio pecoq; exterior: quæ fit sacerdoti: eaq; añt baptismū nequāq̄ reqritur. Vñ Ambrosius: Dei gr̄a in baptismo gemitū nō requirit: nec plantū: nec etiā opus aliquod: sed solā fide;: & omnia gratis donat. Diximus hactenus in pueris nō esse differēdū baptisma: In adultis attamē differendū/ nisi mortis necessitate urgente: Diximus etiam baptizando peccatori/ prius interiorē confessione; deo ipsi faciendā: quo eum ptoq; pœniteat. Sapienter igitur uit eximius oiq; uirtute ornatus Antonius Pizellus Ioanni frācisco filiolo/ in quo quidē eminētis ingenii iam nūc apparēt igniculi spesq; in liberali uultu pingēs/ sacrū baptisma/ & nomē hodie cōtulit. quod oli; apud Gētiles roānos/ & nono & octauo die fiebat. Erat. n. nūdina romanoq; dea a nono die nascētiū nūcupata: q Lustricus dicebat. Nā lustricus dies erat: quo infātes lustrabantur

Iudei fius

Confessio duplex

Antonius Pizellus Ioānes franc.

Nundina

Lustricus dies

& nomen accipiebāt:sed is tunc maribus nonus:Octa-
uus fœminis·quoniam pythagorici numerum parē fœ
minam uocabant:mareꝫ imparem·Dies autem eos po-
tissimum capiunt:qui septenarium subsequntur:ꝙ septi
mus dies cum in cæteris/tum ad umbilicum infantibus
nuper editis periculosus esse consueuit:nā septimo die
plerisꝗ resoluitur·Dixi·

¶An Iudæorum/& Infidelium pueri/sint inuitis paren-
tibus baptizandi·Tit·vii·



Cum timor hominibus mētem/consiliumꝗ
eripiat: & membra debilitet inclyti patres/
& domini:Nil mirum/si ego adolescentu-
lus/& omnium rerum magistro usu defici-
ens/huic præstantium uirorꝫ concilio mi-
nime satisfecero de baptismo dicturus· De cuius ampla
materia unum illud in medium feram:An iudæorum&
infidelium pueri sint inuitis parentibus baptizandi: Vn
de quæso aīaduertite.¶Si forte illorum filii ratōnis usuꝫ
habuerint:quantum ad ea/quæ sunt iuris diuini uel natu
ralis,incipiunt suæ potestatis esse:ideoq; propria uolun
tate inuitis parentibus Baptizari possunt· Si uero non
dum liberi usum arbitrii possederint: baptizari non de-
bent·ꝙ id nunquam fecit ecclesia ratione duplici· Vna
propter fidei periculum:si eniꝫ pueri nondum rationis
usum habentes baptismum susciperent: quum perfecti
ætate essent:facile a parentibus induci possent:ut quod
inscii quondaꝫ susceperant: omnino relinquerent:quæ
res in fidei detrimentum uergeret·Alia uero/ꝙ iustitiæ
naturali repugnat: filius nanꝗ est aliquid patris:qui pri-
mo a parentibus non distinguitur secundū corpus/quā
diu in matris utero continetur·Et ubi egressus fuerit:an
tequam liberi usum arbitrii teneat:sub parentum cura/
uelut sub quodam spirituali utero consistit. Nam donec
puer rationis usuꝫ non habet: ab irrationali non differt

Filius in potestate pris

Quocirca uti bos/ uel equus est alicuius:ut eo quūʒ uo lucrit/secunduʒ ciuilia iura utatur:ita etiam naturali iure fit:ut filius anteq̄ rationis habeat usum/sub parentū cura consistat:Non debet igitur inuitis parentibus alicui bap tisma dari. Ipsiq; ēt infideles Adulti nullo modo cogen di sunt ad baptismum:q̄ ii minime sunt inuiti saluandi/ sed uolētes:quo fit integra iustitiæ forma. Possent & plu ra de baptismo dici uiri p̄stantes: Verum absolutis/quæ proposueram/ne tædio ullo afficiamini/Orationi fineʒ impono. Dixi.

¶Octauus Sermonum Libellus/De Corpore & Sanguine Christi:De presbyteris & Sacerdotibus De missæ mysteriis Continet Sermones Septem.

¶De Corpore/& sanguine Christi in Cœna Dn̄i. Ti. i.

MOris ē uiri Amplissimi/anno quoque hodierna luce/ Vestras apud humanitates/ de Sacramento corporis Dei omnipotentis Iesu Christi pro nobis oblati/ sermonem haberi: Quod quidem parduum est/& humano ingenio minime assequendum. Horrebā itaque tanti pōderis subire onus: Nec unquā ad id sponte mea uenissem. Iussus aūt prouinciam hanc adire/coactus tā-dem inuitusq; adii:fretus maxime omnipotentis diuina gr̄a/cunctorumq; uestrū benignitate. Vnde adeste quæ-so:Et quæ dicam hilari uultu attentisq; auribus aīaduer-tite. Paucis enim absoluam/ Quare dn̄us noster corpis sacramentum post cœnam discipulis dedit: An uerum christi corpus/& Sāguis in altari sit. Quare sub alia spe-cie sacramentū dn̄s celebrauit: celebrandūq; ita instituit Qua de re etiam/sub duplici specie sumitur:cum sub al terutra totus sit christus: & cur aqua uino admisceatur. Vbinam accidentia illa fundentur: Et cur post sacramē tum baptismi/Confirmationisq; eucharistiæ sacramētuʒ

Eucharistiæ Institutio

sequatur. incipiam igitur. ¶Sacramentū instituit dñs: quum post typicum agnū corpus suum & sanguinem discipulis in cœna porrexit: Idq̄ post alia dedit: ut hoc unū altius memoriæ discipulorū infigeret: ab ecclesiaq̄ deinceps frequētarēt. Nunc autē potius ab ieiunis sumi oportet: ut reuerentia singulari discernat ab aliis cibis: quod dñs apostolis, p quos ecclesiam dispositurus erat, disponendum & docendū reliquit.

In specie Panis & uini

¶In specie aūt panis & uini/quā uidemus: res inuisibiles idest carnē & sanguinē honoramus: Nam panis est usitatus ante uerba sacra: ubi uero accessit consecratio: De pane fit Christi caro: De uino sanguis. Constat igitur uerū Christi corpus & sanguinē in altari esse.

sub alia specie

¶Cæterū sub alia specie tribus de causis tradidit Christus carnē & sanguinem, & deinceps sumendū constituit. Vt fides scilicet habeat meritum: quæ est de his/quæ non uidenē: Ne abhorreret aīus/ si cerneret oculis carnem crudā & sanguinē sumere. Ne etiā ab incredulis religioni insultarēt: si cruor occisi hoīs biberēt: His ergo causis in similitudinē accipimus sacramentū.

Sub duplici specie

¶Sub duplici uero specie sumitur Christus/quāuis sub alterutra totus insit: quo ostendatur totā humanā naturā assumpsisse: ut totam redimeret: Panis enim ad carnē referē: Vinū ad aīam. Ideoq̄ duplici specie celebrat: ut aīæ & carnis susceptio in Christo utriusq̄ liberatio in nobis significet. Valet enim ad tuitionē corpis & aīæ quod accæpimus. Nā Christi caro p salute corpis: Sanguis uero p aīa nr̄a offertur. Nec dici sacramenta duo/sed unū debēt: sub [illegible] & n. idem sumiē specie.

Aqua Vinum

¶Aqua tamē admiscenda e uino: qm̄ ea significat populū: q sane p Christi passionē redēptus. per Vinum uero christi intelligiē sanguis. ¶In quo demū subiecto fundenē accidentia illa quæ remanēt: Species/ Sapor/& Pondus: Fatendū quidē in nullo: Verū sine subiecto existere: Nam ibi nulla nisi dñici corpis substātia atq̄ sanguis īest: q̄ illis minime afficiē accidētibus. nō. n. xp̄i corpus ī se talē hēt formā: sed q̄lis ī iudicio apparebit

¶Sequit̃ aũt Euchariſtiæ ſacramẽtũ: poſt illud ſacri baptiſmi/& illud cõfirmationis:q̃ p baptiſma mũdamur:id .n. ad remiſſionẽ ualet. Per Euchariſtiã ĩ bono cõfirmamur:Baptiſmus æſtus uitior̃ extinguit:Euchariſtia ſpiritaliter reficit. Hinc optĩe dicit̃ Euchariſtia bona grã/ſeu gratitudo q̃ in hoc ſacramẽto/ nõ modo eſt uirtutis & grã augmentũ: ſed ille totus ſumit̃: q eſt Fons & origo totius grã.quare quicunq̃ religioſe guſtauerit:corruptionẽ nõ uidebit. ¶Abſolui Egregii p̃res/ qcunq̃ pollicitus eram de ſacramẽto altaris: Reliquũ eſt/ut corruptionẽ uitar̃ poſſimus/illud idẽ r̃ligioſe puraq̃ mẽte aſſumer̃ Quod certe fiet/Confeſſione Pœnitentiaq̃ p̃cedẽtibus delictor̃.quiſq̃ igit̃/ſeſe ad tantũ Sacramẽtũ ſumẽdum p̃paret/expurget/accingat. Dixi.

Euchariſtia poſt baptiſma

Euchariſtia quid dicitur

¶De Sacerdotii Inſtitutõne: Ac de Præſbyteris. Tit. ii.



On poſſũ Veneradi & ãpliſſimi dñi patres itẽ egregii/ ſecus ager̃/quĩ ĩ p̃ñtia horror̃ afficiar: pueri.n.ita bñ ſentire nõ p̃ñt/ ut ſenes hoc ẽ iudicar̃: Et ea q̃ ſcimus ſunt minima pars eor̃/q̃ ignoramus. Nec ego dũtaxat:uerumtam̃ alius qlibet lõge horreſceret: Nã primo de Oratore Tullius ita ſcribit: Vt enim quis optime dicit:ita maxĩe dicendi difficultatẽ/ uarioſq̃ euentus orationis/expectationemq̃ hominũ pertimeſcit. Fretus autẽ ueſtra huãitate breui de ſacerdotii inſtitutõe/ac de p̃ſbyteris aliq̃ explicabo. Sermões &.n. ingrẽdi ſecũdũ illor̃ materiã de qbus ſunt/ut phũs ĩquit. ¶Sacerdotalis igitur ordinis ĩſtitutõ ab ueteri lege p̃ĩcipiũ ſũpſit: Dñs .n. legr̃ p̃cepiſſe Moyſi: applica frẽ tuũ Aaron ad te cũ filiis ſuis d medio filior̃ Iſrael ut Sacerdotio mihi fũgat̃. Vnxit ergo Moyſes Aarõ ĩ maiorẽ ſacerdotẽ: filios uero illius ĩ minores. ¶Ante legẽ ẽẽ ſacerdotes fuiſſe legr̃: Vñ melchiſedech iuſtus ſacerdos dei altiſſimi extitit cui decias ex oĩbus ſpoliis abrahã tãq̃ ſacerdoti p̃ſoluit.

Sacerdotii Inſtitutio

Erant autem multi minores sacerdotes/ quos Canones appellabant: Vnus tam̃ summus sacerdos. ¶ Dauid iteꝫ Vigintiquattuor sũmos sacerdotes instituit: quibus omnibus unum ꝑfecit: quẽ statuit principẽ sacerdotum. In nouo etiã testamento Christus maiores & minores sacerdotes constituit. Duodecim quidẽ Apostolos quum dedit eis potestatem consecrandi dicens: Hoc facite in meam commemorationẽ. Et Septuagintaduos Discipulos. Apostoloꝝ itaq̃ uices maiores optinẽt sacerdotes/ idest Episcopi: qui dicũtur summi: Discipuloꝝ uero minoꝝ Praesbyteri. Petrum aũt quasi in summũ sacerdotẽ elegit: ei prae omnibus Claues regni caeloꝝ tradens: Maxima igiẽ ueneratõe colendi sunt Sacerdotes Viri amplissimi. ¶ Caeterum Praesbyter graece/ latine senior interꝑtatur: nõ modo ꝓ aetate/ uel decrepita senectute: sed propter honorem & dignitatem/ quam acceperũt. Senectus enim uenerabilis est: & Cani sunt sensus hominis. Vnde & Dominus inquit Moysi: Congrega mihi septuaginta uiros de senioribus Israel. Non ergo propter decrepitam aetatem/ sed propter sapientiam Praesbyteri nominantur. Sacerdos uero a sacrificando est appellatus: quia consecrat & sacrificat. Vnde etiam dici potest sacerdos quasi sacra dans/ uel sacer dux/ ut ait Beda. Ii autem Sacerdotes Christi uicem gerunt: duꝫ pro peccatis obsecrant: & per poenitentiam reconciliant peccatores: Medii enim sunt inter Deum & homines. Quapropter honorãdi sunt sacerdotes ob eoꝝ autoritatẽ & potestatẽ: quod & Salomon ĩ scõ spũ cõstitutus testatẽ & docet: ait. n. Ex tota aĩa tua time deuꝫ: & sacerdotes eius sanctifica: & iteꝝ: honora deuꝫ ex tota aĩa tua: & honorifica sacerdotes eius. Haec hactenus: Iam uero ad grãꝝ actiones uenire decet. Itaq̃ noĩe reuerẽdi sacerdotis in cuius grãꝫ cõuiuiũ celebrastis/ ĩnumeras oĩbus ago grãs deũ obsecrãs illi cõcedat cũctis & singlis referrẽ posse cumulatissimas. Siq̃ forte cõuiuii apparatus minime fuerit qualis esse debebat/ ueniam põscit: Non eniꝫ uos uti externos: uerũtañ ut aĩcissimos & faĩliares accepit. Dixi.

Apostoli

Petrus

Praesbyter qd

Sacerdos uñ

¶De missa Mortuorum secunda Feria celebranda. De Missæ temporibus. De iusto Monacho: cui mortuo eucharistiæ oblatio profuit. Et de Paschasio/ cui defuncto Episcopi orõ quietem tribuit. Titulo tertio.

QVoniam Benignissimi patres & dñi: Hesterna luce de Sacerdotibus aliqua: dicta fuerunt: hodie pauca de mortuorũ missa secunda feria celebranda breuiter enarrabo & quanq̃ me puerũ silere/ audireq; potius deceret: Vos uero sapientissimos dicere atq; eloqui. Nã pueri adolescentuliq; nõ possunt esse prudentes: cũ prudentia sapientiã reqrat atq; experientiã/ quæ tpe indiget Nolit tamẽ iccirco uestra benignitas mea uerba despicere: dicam sed enim relatu digna: primumq; de missæ tẽporibꝰ. Celebrat̃.n.hora tertia/ sexta/ & nona: qm̃ missæ celebratio memoria est passionis Christi. Tertia aũt/ qa hora illa crucifixus est linguis iudæorũ: Et spũs sanctus sup Apostolos eadem uenit. Sexta quia tunc manibus militum crucifixus & imolatus est. Nona/ qm̃ eo tpẽ ĩ cruce pendens emisit spiritum. ¶Cantatur autẽ secũda feria ꝓ defunctis/ ut illis adhibeamus angelorũ suffragia: qui prima feria creati sunt: Vel ut alii uolunt qm̃ prima feria refrigeriũ mortui habent/ qui purgatoriũ tenent: statimq; in secunda ad pœnas redeunt & laborẽ. qua de re ut eorũ occurrat̃ laboribus/ missa ꝓ eis secunda feria celebratur. Neq; negandum est/ ut asserit Augustinus/ defunctorũ aĩas pietate suorũ uiuentium releuari: quum ꝓ illis sacrificium mediatori offertur: siue elemosynæ in ecclesia fiunt. Vt aũt gregorius scribit/ defunctorũ animæ quattuor modis soluũtur: Aut oblationibus sacerdotũm Aut precibus sanctorũ: Aut charorũ elemosynis. Aut ieiunio cognatorũ. ¶Sacræ uero hostiæ oblationẽ plurimũ defunctis ꝓdesse/ exẽplo oñditur. Recitat enim idẽ Iustum monachũ suũ morientẽ tris se habere occultos aureos indicasse: qua ꝓpter cũ tribus illis eiusdẽ corpus

Missæ ipsa

Missa pro mortuis

Deseruitis elemosynæ dẽtur

Defunctorum animæ

Missa pro defuncto

Iustus monac.

eo iubente in latrina sepultum. Verumtamen cuidã ex fratribus pcepisse tringinta continuos dies mane quoq p iusti anima hostiam in altari consecrare atq offerre: quibus absolutis Iustum cuidã monacho germano suo apparuisse: a quo interrogatũ qui se haberet: respondisse hucusq male: iam bene/ q eo die cõmunionẽ recepisset.

Orationes p defuncto Paschasius

¶ Orationes quoq in purgatorio morantibus longe pdesse is idem ostendit: Narrat enĩ Paschasium/ qui uir mirae sanctitatis & uirtutis extiterat/ in balneis post mortẽ moratũ ad ægrotantiũ qdem obseqa. Et a germano Capuano Epõ illic repertum: a quo rogatũ quid ibi esset/ respondisse: Idcirco eum locũ supplicio sibi cõstitutũ: qm cum suo tempore duo fuissent summi Pontifices electi/ conuenissetq tandem eccl'ia in unũ/ ipse tamen alium ptulit. Posthæc epm orasse/ ut p eius salute oraret: tuncq certior esset/ an exaudita ipsius oratio fuerit: quum eodem rediens/ eum nõ inuenisset. Quod ita accidit. Sancta igiẽ & salubris est cogitatio p defunctis atq oratio ut a pœnis soluanẽ. Ad quod exequendũ uestrum quemlibet hortor ac obsecro: Pietas .n. atq misericordia uirtutum potissima est & regina. ¶ Possem ulterius de hoc mysterio uenerandi patres plima nõ spernenda afferre: sed quia notissima uobis oĩa esse nõ dubito/ ad grãz actiones me uertã. Agit itaq urae huãitati reuerẽdus Sacerdos canoĩcusq modestissimus Clæmẽs nr grãs ĩmortales: Cognoscit .n. lætissimo uultu & hilari fronte uos huc cõuenisse ĩ eius ipsius honorẽ & laudẽ: hinc sese oĩbus & singulis suaq oĩa offert: nec unq desinet debere cunctis. Nã eius aĩus erit in uos/ liberosq uestros: quẽ uos esse uultis/ & qui esse debet. Dixi

¶ Religio qd sit: Vñ dicaẽ: Quæ nã in religiõe idest dei cultu pio regranẽ. De Cõmunionis uel Eucharistiæ fructibus. De Sacerdotis autoritate & moribus. Tit. qrto.

SI mihi Natura uel Studiũ Eloquẽtiæ uim Demosthenis/ copiã Platonis/ Iucũditatẽ Isocratis tribuissent uiri clarissimi: uix eqdẽ dicẽdo

uestras apud humanitates satisfacere possem: Cum insit oĩbus diuinarũ humanarumq; rerũ sciã sapiẽtiæ munus. Verum ne amici uoto repugnans amicitiæ uinculũ/ cuius est idẽ uelle atq; idem nolle/ dissoluere: Quid religio sit: Unde dicat: Quænã ĩ religione idest dei cultu pio req rant: Iñ uero de cõmunionis uel eucharistiæ fructibus: De sacerdotis autoritate & moribus/ q̃dam memoratu digna rferre cõstitui. Qua de re me diligẽter audire nemo abhorreat: non mei tm̃ gratia/ q̃tum uenerandi Sacerdotis canoniciq; piẽtissimi Iãnutii ueteris amore: qui mihi eiusmodi puinciã tradidit. ¶ Est autẽ religio summa in deuz pietas/ summus honor & cultus: hac. n. conditione gignimur/ ut gñati nos deo iusta & debita obsequia pbeamus: hunc solum nouerimus: hunc solũ sequamur: hoc uinculo pietatis obstricti deo & rligati simus: Unde ipsa religio nomẽ accæpit: qa p eaz uni deo rligamus aĩas nr̃as ad cultum diuinũ uinculo seruiendi. ¶ In quo quidẽ cultu tria rquirunẽ: Fides/ Spes/ Charitas: In fide qd credendũ: In spe quid sperandũ: In charitate qd sit amãduz: Eaq; maior est omnibus: q. n. diligit & credit & sperat: Qui aũt non diligit/ q̃uis bona plurima faciat/ frustra laborat. Iis apertis Eucharistiæ fructus iam consequunẽ. ¶ Qm̃ igitur id sacramentũ ad tuitionẽ corporis & aĩæ ualere certũ ẽ: Naz Christi caro sub spẽ panis p salute corpis: sanguis uero sub spẽ uini p salute aĩæ offerẽ: deuote coĩcãtes multa cõmoda consequũẽ: pcipue tñ septẽ. Quorum quidem primum dicitur Gratia: quia in eo sacramento continetur Christus: a quo omnis est gratia. Secunduz Remissio: remittunẽ nanq; per idẽ peccata omnia uenialia: Quæ ad pœnam obligant temporalem: Quocirca moriens aliquis Venialia tantum habens Purgatorium adit. Tertium Satisfactio: pro peccatis & Enim Satisfacit: Cum Nihil sit in Sacrificiis Maius/ q̃ Christi Corpus & Sanguis: Nec ulla Oblatio sit Hac Potior: Cum Omnes quidem Præcellat & Superet. Ideoq; Mente purissima est ea omnipotẽti

Amicitiæ uinculum

Iannutius uetus

Religio quid

Cur generati

Religio unde

Fides

Spes

Charitas

Hostia

Calix

Gratia

Remissio

Satisfactio

christi corpus & sanguis

Defensio domino offerenda: Quartum Defensio: defendit utiq; id sacramentum p̄seruando a peccatis futuris. Nam pec

Peccatū quid catum est quædam mors spiritalis aīæ/per hoc autem q Christo coniungit p gratiam roborat ac munit spiritalē uitam hominis: Et in quantum est signum passionis christi/per quam uicti sunt dæmones/repellit ipsorum impu

Releuatio gnationem. Quintum Releuatio: si.n.homo post deuotam cōmunionem rueret in peccatu; facilius ab illo sur geret: q̄ si ante illud non comunicasset: quia p sacram cō munionē aīa roborat̄ & munitur. Ideoq; facilius est for

Cibatio ti resurgere q̄ debili. Sextum Cibatio: cibat utiq; id spiritaliter animam: sæpeq; miraculose reficit ipsum corpus.

Glorificatio Septimū Glorificatio dicitur: q̄to.n.magis aīa p̄ficit & crescit in gratia: tanto copiosiorem gloriam p̄meretur. Eucharistiæ deniq; sacramentum nemo potest confice re/nisi sacerdos: qui rite fuerit ordinatus. Est enim offi

Consecratō cium consecrandi ex autoritate. Ad præsbyterum ergo ptinet Sacramentum corporis & sanguinis Dn̄i in altario dei conficere: quod certe non in merito consecrātis sed in uerbo p̄ficit̄ Creatoris/& in uirtute spiritus sancti potestas nanq; consecrandi Eucharistiam pertinet ad Charactere; sacerdotalis ordinis: qui character indelibi

Sacerdōs consecrans lis est oīno. ¶Bonus autem sacerdos conficit sacramen/tū ad suā & assistentium utilitatem: Malus uero occultus in sui ipsius damnū tantūmodo: nihilominus ad assisten tiū utilitatē/qui deuote audiūt missam. Sed ab ecclesia p̄ cisi atq; heretici in suam & oīum assistentium dānationē Magna igitur est Sacerdotalis dignitas: magna sacerdotibus data est potestas. Venerandi iccirco & colendi sūt

Sacerdōtum uirtus ut patres/ut domini: Ipsi uero pro uiribus niti debent ni torem mentis & aīæ conseruare: & munde & caste uiue re: ut eucharistiæ idest gratitudinis sacramentū digne cō

Orationis alæ ficere possint/& dispensare fidelibus. Quotiesq; uoluerit aliquis orationē suam uolare ad dn̄m: duas illi debet moliri alas: Ieiunium & elemosynā: sic enim illa ascen det celerius/faciliusq; exaudietur ¶Præterea Sapiētissimi

patres/quoniam Gratitudinis uirtus/non solum maxi/ma est/sed etiam mater uirtutum oīum reliquarum: Nihil est quod Iānutius nouellus sacerdos malit/q̃ se & gratum esse & uideri: Itaq; scietis eum re ipsa atq; aīo fore gratissimum. Dixi. — Gratitudo

¶De missæ loco/& Tempore/& Modo idest Calice lumine/& Vestibus celebrationi accōmodatis: Et quid nā mystice significent. Tit. v.



Vid in pñti cōuiuiō pres optimi potius q̃ missæ mysteria explicarem cogitanti mihi/aliud ñ occurrit: Cū urǽ prudētiæ nulla re alia huc se cōtulerint q̃ nouellæ missæ celebratione: de qua Iccirco cognitu optima quædam breui iam eloquar. De loco nāq;/& Tēpore/& modo idest Calice/lumine & uestibus celebrationi accōmodatis edisseram/qd ea significent apiendo: Attēdite igitur. ¶Cum Missa nil aliud sit q̃ cōsecratio Eucharistiæ: Celebranda est oportūo & loco & tpe & modo. Non.n.deceret Missam celebrari loco non sacro: quia in sacramento altarii/ quod ī missa cōsecratur/ille continetur: qui est sūme scūs totiusq; nræ salutis causa. Necessitatis uero gr̃a loco ēt nō sacro celebrari pmittunt iura/si affuerit tabula consecrata: cæteraq; sancta mysteria ad id pertinentia non defuerint/habita quoq; epi uenia. Altare aūt christum significat: q petra dr̃. quod nisi lapideū fuerit/consecrari nō licet. ¶Tribus aūt horis institutū est celebrari Missam/Tertia/ Sexta/& nona: qm̃ Missæ celebratio memoria est passionis Christi: Tertia igitur celebratur qa hora illa crucifixus ē linguis iudæorum: Et Spūs scūs sup apostolos uenit. Sexta qa tūc manibus militum crucifixus & īmolatus ē. Nona qm̃ eo tpe ī cruce pendens emisit spūm. Missæ deniq; sacramētū ad gr̃æ tpus ptinet: quod p diē significatū: iuxta illud Apostoli: Nox pcessit: Dies aūt appropīquauit. Iōque celebrari debet artificiali die ab aurora īcipiendo:

Missa quid — Missæ locus — Altare quid — Missæ tepus — Tertia — Sexta — Nona — missæ tempus

Missæ modus Non autẽ nocte/excepta illa dominici natalis.¶ Modus uero in missa consideratur respectu calicis/luminis/uestium: Itaque lapideo calice pp eius ineptitudinem celebrare non licet: nec ligneo propter humiditatem: nec uitreo ppter fragilitatẽ: nec æreo uel orichalceo/qa uini uirtute ærugine afficerenẽ: q̃ uomitus prouocari posset: qua de re calix esse debet/uel aureus/uel argenteus/uel si egestas inerit stanneus.¶ Sine igne celebrari non licet: ppter ipsius ignis significationẽ: significat.n. dilectionis feruorẽ p quẽ christus p nobis oblatus id sacramẽtũ instituit. Ignis lumen & calor significant/quod sacramentum ipsum operatur in rite celebrante & digne suscipiẽte illuminationis augumentum in intellectu: charitatisq; feruorem in affectu.¶ Neq; ullus celebrare audeat sine uestibus ab episcopo bñdictis: itaq; sacratæ esse debent/& honestæ: quibus in aliis q̃ ecclesiasticis usibus/& deo dignis officiis/ nemo uti debet. Sũt aũt eæ sex & episcopis & præsbyteris communes: Amictus. Alba. Cingulũ. Stola. Manipulus. Casula. Quocirca sine iis celebrãs lõge peccat: Oportet inde optimos sacerdotes esse & diligentes/ne ab ecclesia instituta pretereant.¶ Quædã uero ex iis quæ in missæ celebratione requiruntur ad incarnationem ptinent/quædam ad passionem/ quædam ad resurrectionem. Amictus in capite diuinitatẽ humanitate amictam repræsentat: Caput eniꝫ christi deus est: Alba camisia uitæ nouitatem significat: quã christus habuit docuit & tribuit in baptismo. Cingulum christi iustitiam denotat: iuxta illud propheticum: & erit iustitia cingulum lumborũ eius. Manipulus in leua positus/per quam uita præsens designatur/indicat christũ in uia portasse uirtutum & meritorum manipulum. Stola quæ collo sacerdotis incumbit obedientiam notat: quaꝫ christus propter humani generis salutem subiit factus obediens usq; ad morteꝫ. Casula uero/quæ aliis superponitur/xp̃i charitatem significat: quæ omnis alias uirtutes excellit. ¶ Eleuatio autem sacratæ hostiæ eleuationem christi in

Margin notes: Calix — Ignis — lumen calor — Vestes — Amictus — Alba camis: — Cingulum — Manipulus — Stola — Casula — Eleuatio hostiæ

cruce representat: Demissio eius depositionem e cruce: Positio super pallaꝫ inuolutionem in syndone munda: Palla enim syndonem representat. Altare crucem significat: Calix sepulcrum: patena lapidem: quo sepulcruꝫ fuerat clausum. Agnus dei ter repetitur, ad significandum ꝙ nobis petimus, cogitationis, locutionis, & opationis peccata dimitti: remissione quorum æternam paceꝫ adibimus. Missam deniqꝫ beatus petrus apostolus primus omnium antiochiæ dicitur celebrasse: Alii post alia addiderunt ad solemnitatẽ, & decorem. Missam præterea die dominico, aliisqꝫ celebrandis & obseruandis diebus seculares audire integram debent, ita ut ante sacerdotis benedictionẽ nõ abeant. Audienda est humiliter reuerẽter & deuote, ut dei gratiam consequamur. ¶ Et qa quo sacerdotes fuerint digniores, eo facilius ĩ necessitatibus pro qbus clamãt, exaudiunt: Iccirco sacerdos qsque id cogitare, id loq, id opari debet: quod ad sui & alioꝝ salutẽ accedat. Nam bonus sacerdos conficit sacramentum ad suam & assistentiũ utilitateꝫ: Malus uero in sui ipsius dũtaxat ærumnã & calamitatẽ. quod ne fiat cauete etiã atqꝫ etiam oro. ¶ Quicquid demuꝫ officii, beneficiũ, honoris, in lucæ sacerdotis q̃ optimi grãm & cõmoduꝫ cõtulistis: Id oẽ ita est aĩo eius impssuꝫ: ꝙ ex amico aĩcissimuꝫ fecistis. Qua propter nihil existimetis esse tam difficile, quod pro uobis ei susceptum nõ iucundũ & facile sit futuꝝ: quod qdeꝫ re ipsa q̃ uerbo faciet libẽtius Dixi.

Palla

Altare

Calix

Patena

Agnus dei

Missæ ĩstitutõ

Missa quando audienda

Sacerdotis officium

¶ Eucharistiæ grã: Et q̃re id sacramẽtuꝫ post cœnã dñs discipulis dedit. Exin qũo eius est res gemina Tit. vi.

HOrresco prudentissimi patres, dicturus de sacratissimo christi corpore: res. n. est ultra ingenii acumen non modo mei, sed mortalium quorumcunqꝫ. fretus tamẽ tonantis ope, apire experiar Eucharistiæ grãꝫ: Et q̃re id sacramentũ dñs post cœnaꝫ discipulis dederit: Exin qũo eius ẽ res geĩa. post hæc ad grãꝝ actiões me uertã.

Baptisma
Eucharistia

Eucharistia
cur post
coenam

Res gemina

¶Post sacramentū baptismi & confirmationis sequitur eucharistiæ sacramentum: quoniam p baptisma mundamur: id. n. ad remissionem ualet: Per eucharistiam ĩ bono confirmamur. Baptisma æstus uitioꝝ extinguit. Eucharistia spiritaliter reficit: Vnde eucharistia bona grã dicitur: quid. n. melius corpore & sanguine Christi? In hoc etenim sacramento non modo est augumentū uirtutis & grãæ: sed ille totus sumitur: qui est fons & origo totius grãæ. qua de re quicunq religiose gustauerit corruptionem nõ uidebit. ¶Exponam modo magnifici Viri Cur dñs id sacramentū post cœnam discipulis dederit. Aduertite igitur. Id ideo post alia dedit: ut unũ altius memoriæ discipuloꝝ infigeret: ab ecclesiaq deinceps frequentaretũ. Nũc autem potius ab ieiunis sumi oportet: ut reuerentia singulari discernatur ab aliis cibis: quod quidem dñs apostolis/per quos ecclesiam dispositurus erat disponendũ & docendũ reliquit. ¶Eiusmodi ꝑterea sacramenti gemina est res: Vna. s. contenta & significata: Altera significata & non contenta. Res cõtenta & significata est caro Christi: quã de uirgine traxit: Et sanguis quẽ p nobis fudit. Res uero significata & nõ contenta: est Vnitas ecclesiæ in ꝑdestinatis/uocatis/iustificatis & glorificatis. ¶Decreueram quoq reuerendi patres exponere/Cur sint duo sumendi modi: Et an christi corpus & sanguis a bonis tantummodo sumi debeat: Verũ ne tædio sim iis omissis ad gratiarum actionem diuertam. fuistis enim adeo prompti faciles & benigni in hac nouellæ missæ celebratione/quo reuerendo fratri leonardo & honori & iucunditati essetis: ut is periculum fortunarum & capitis sui pro uestra salute negligere debeat. Siq uobis gratiam referre nõ possit/habeat semp. Dixi.

¶De Corpore/& Sanguine Christi: an uere in altari sint Quare sub alia specie sacramentum dominus celebrauit. Cur sub duplici specie sumitur. & Vbinam accidentia illa fundentur. Tit. vii.


Duertens hodie suauissimi patres aliquid ex consuetudine dicendum esse: nõ sponte quidẽ/uerumtamẽ aliquoruꝫ hortatu & precibus/breui expediam An uerum christi corpus & sanguis in altari sit: Ad quid sub alia specie Sacramentum dñs celebrauit/&celebrandum instituit: Qua de re sub duplici specie sumitur. cuꝫ sub alterutra totus sit christus. Vbinã accidentia illa fundentur. Exin ad gratias reuertemur. ¶In specie panis & uini quam uidemus/res inuisibiles idest carneꝫ & sanguinem honoramus: panis. n. est in altari usitatus ante uerba sacra: ubi accessit consecratio/de pane fit christi caro de uino sanguis. Ex iis igitur constat uerum christi corpus & sanguinem in altari esse. ¶Sub alia autem specie tribus de causis tradidit christus carnem & sanguinem: & deinceps sumendum constituit. Vt fides. s. habeat meritum: quæ quidem est de his/quæ non uidentur: ne etiã abhorrret aius/si cerneret ocl'is carnẽ crudã & sanguinẽ mãdere. Et ne ab ĩcredulis religioni insultaretꝰ/si cruorẽ occisi hominis libaremus. iis igitur causis in similitudinem accipimus sacramentuꝫ. ¶Sub duplici uero specie sumitꝰ christus/ q̃uis sub alterutra totus insit: Vt ostẽdatur totam humanam naturam assumpsisse: ut totam redimeret: Panis enim ad carnem refertur: Vinuꝫ ad animã Ideo igitur Duplici specie celebratur: Vt animæ & carnis susceptio in christo/utriusq; liberatio in nobis significetur. Valet enim ad tuitionem corporis & animæ qđ percæpimus. Nam caro christi pro salute corporis/Sanguis uero pro anima nostra offertꝰ. Nec debẽt dici duo sacramenta: sed unum. quoniãꝫ sub utraq; idem sumitur specie. ¶In quo autem Subiecto fundentur accidentia illa/quæ remanẽt: Species/Sapor/& pondus: fatendum est existere sine subiecto: ꝙ ibi non est substãtia/nisi corporis & sanguinis domini: quæ quidem accidentibus illis haud afficitꝰ: quoniã christi corpus in se talem formã nõ habet: sed qualis in iudicio apparebit. ¶In quo iu

panis uinum.

Sub alia specie cur.

Sub duplici specie.

Panis uinum.

Caro sanguis.

Accidẽtia ubi

Quid uitãduꝫ

dicio ne diuina iustitia impiorũ nũo ascribamur: Cauere debemus ne efferamur ira: ne superbia tumidi simus: ne libidini seruiamus. Alienam mulierem sancte uideamus: Nihil indecorum appetamus: Non alienorum cupidi/ non inuidi simus: Verum misericordes/benefici/mites/ humani/paxq; in animo nostro perpetua uersetur: pser/ tim in sacerdotibus Christi ministris: quoniam dei do/ num est integritas animi: Sacrificium laus & hymnus.

¶Praeterea benignissimi patres Aduertẽs uenerabilis sa/ cerdos Antiochus eius nouellae Missae celebrationem a cunctis sũma cum hilaritate & animo prompto ac laeto honestatam/se cuilibet obnoxium reddit & debitorem perpetuum: Oratq; dei numina sibi concedant/ex animi sui sententia in melius uestris in eum officiis posse refer re gratiam. Dixi.

¶NONVS Sermonuȝ Libellus de Sponsalibus/& Ma trimonio/Continet Sermones Nouem.

¶Vxorem non ducendam. Tit.i.

SAepius cogitanti mihi/quot qualia/ quanta ue Cõnubio nascantur incõmoda Q uinte Fili(Q uid enim angustiarum habeant Nu ptiae didici ipsis nuptiis)par esse uisum ẽ dis suadere tibi Cõiugia. Itaq; rem ipsam breui

Mulierꝫ con/ uersatio.

absoluam/Exordium sumens a Catone illo uticensi/di/ cente: Si absque foemina posset esse mũdus: cõuersatio nr̃a non esset absq; diis. hinc & hieronymus sanctus: mi hi crede/corde cum dño habitare non põt/qui mulierũ accessibus copulantur. Q uod quidem facile primus ho mo uerꝫesse õndit: Is.n. post familiaritatem & colloquꝫ dei/unius pomi cupiditate agente foemina superatus de

Mulieris caꝑ.

litii locum perdidit. Est nanq; insani capitis & praecipi/ tis foemina: inde praecipuum arbitratur/quicquid menti

Mulieris uitia.

occurrerit: & uoluntas illi pro ratione habetur. Q uocir ca impudens/inhumana inconstans/intolerabilis/impia

morosa admodū/iurgiosa/iracunda/molesta per diē & noctem solet esse. Quod etiā de Xanthippe Socratis sapiētissimi uxore accæpimus: Nā cū ī eū prius cōuicia & maledicta iaculata esset: postmodū & sordidis aquis pfudit. Mirantiq; & dicēti Alcibiadi/quænā ratio eēt/cur mulierē tā acerbā domo nō exigeret: qm̄ inqt Socrates: quū illā domí talē ppetior:insuesco ut cæterorū quoq; foris petulātiā & iniuriā facilius ferā. Si ergo Socrati ciuſmodi fuit uxori:quid aliis/qd tibi eueneriť. ¶ Siue nobilē siue diuitē nactus fueris:utraq; grauis molestaq; erit:dabit.n.affectus plurimos: Viroq; impabit. Cū nil sit diuite fœmīa intolerabilius:nil nobili arrogātius: Cuʒ dote nāq; Maiores suos/eorūdēq; gesta & supciliū numerat ī tui cōtēptū atq; inuidiā/palā sæpius/corāq; pluribus nulla uiri rōne habita. Qua pp & Martialis inqt: Vxorē quare locupletē ducere noliʒ Quæritis:uxori nubere nolo meæ. ¶ Si pauperē plæbeiāq; duxeris:nec utilis tibi/nec digna fuerit. Infelicē nāq; uitā ages/ubi liberos ciuiliter educare nō poteris:puellasq; nuptui tradere ex sentētia: hinc optime Seruus ille apud Menādrū inqt: Quā extreme infelix ē: Quisqs in egestate situs/ q̄rit liberos. Iōq; siqs liberos ob pauptatē nō poterit educare/satius ē ut se ab uxoris cōgressiōe cōtineat. ¶ Quicūq; ꝑterea seruitutē q̄ libertatē optauerit:uxori inhæreat. Dicēte Apostolo Iūctus es uxori:nō q̄ras solutionē. Solutus es/ non q̄ras uxorē.i.alligationē q̄ solutioni cōtraria ē. Qui igr̄ seruit officio cōiugali uīctus ē: Qui uinctus ē: Seruus ē. Qui tñ solutus fuerit:liber erit: Cūq; libertas ipsa potestas sit uiuēdi:ut uelis: Seruitus in qua nulla felicitas postremuʒ maloꝝ oīuʒ/nō mō bello/sed morte ēt repellendū ut ad sit felicitas:q ī cōiugio nulla: Vñ phoroneus rex ait Leōtio fratri suo: Ad sūmaʒ felicitatem nihil mihi deesset:si uxor mihi semp defuisset. Mitioq; in Adelphis: Et quod fortunatum isti putant: Vxorem nunq̄ habui: Metellus item Mario r̄ndit: (Cum eius filiam dote diuitē/forma nobilem /genere claram/ fama felicem/ ducere noluit)

Xanthipe. Socratis

Fœmīa diues.

Mulier nobilis.

Vxor locuplef

Vxor pauper.

seruitus ī uxorē

Libertas quid.

Seruitus.

Phoroneus rex.

Vxoris carentia.

Metellus ad Marium.

Malo meus esse q̃ suus. Cui Marius: Immo ipsa tua erit At ille: Immo uirum oportet uxoris esse. Marcus etiam Cicero post repudium Terentiæ uxorẽ aliam haud uoluit dicens: Se pariter uxori & philosophiæ operã dare non posse. Est enim nociuum genus fœmina (ut Hieronymus ait) & uia iniquitatis: itaq; si cum uiris fœminæ habitant: uiscarium non deerit Sathanæ. Iccircoq; nuptæ thalamus, ut ille scribit semper lites habet: iurgiaq; alterna: & in illo dormitur minimum. Vbi uxor pomposa tota nocte ita conqueritur: Illa ornatior procedit in publicum: hæc honoratur ab omnibus: Ego in fœminarũ conspectu misella despicior: Cur uicinã aspiciebas: quid cum ancilla loquebaris: & cætera huiusmodi. ¶Si castã quæris: illud admoneo: optimam fœminã esse: quæ rarior est Phœnice. Quælibet enim negat: nulla pernegat: Hinc Martialis illud:

Cicero de uxore

Fœminæ quid

Vxorũ q̃relæ

Castæ paucæ

Quæro diu totam Sophroni Ruffe per urbem:
Siqua puella neget: nulla puella negat.
Tanq̃ fas non sit: tanq̃ sit turpe negare:
Tanq̃ non liceat: nulla puella negat.
Casta igitur nulla est? castæ sunt mille: quid ergo
Casta facit? non dat, non tamen illa negat.

Summis ac minimis igitur eadem pariter est libido: nec enim melior plæbeia nobilis: Nec diues inope, & contra. Testatur id Iulia diui Augusti filia: nam uulgo potestatem corporis sui fecit. Cumq; conscii flagitiorũ mirarẽtur: quo modo similes Aggrippæ filios procrearet: ait: Nunq̃ enim nisi naui plena tollo uectorem. Testatẽ item Seruilia. M. Bruti mater: Catonisq; iunioris soror: Ea siquidẽ cum Dictatore Iulio Cæsare (addita quoq; Iunia tertia filia, eadẽq;. C. Cassii uxore) rem habuisse legitur. ¶Rite igitur Bias quum rogatus esset a quodã deberet ne uxorẽ ducere: an uitam uiuere cælibẽ: inquit: Aut pulchram duces, aut deformem: Si pulchram, habebis communẽ: Difficile nanq; custoditur, quod multis placet. Sin turpem habebis pœnã. Neutrũ ait bonum

Iulia Augusti

Seruilia

Iunia cassii

Biantis dictũ

Pulchra

Turpis

propter alterutrum icõmodum:quod neccessario patiẽdum erit ei:qui duxerit. Non est igitur ducenda uxor.

¶Vñ. & Thales sapientissimus,quum rogaretur, Cur filios ñ procrearet:q̃ filiorũ amore non teneretur,respondit. Vrgentiq̃ matri,ut se matrimonii uinculis astringeret,adhuc intempestiuum esse dixit:Emensa fere iuuenta:quum illa acrius instaret:Iam inquit intempestiuum ẽ. — Thales d uxorẽ

¶Diogenes quoq̃ rogatus a quodam:quo tempore ducenda sit uxor:Iuuenibus ait nondum:senibus uero nũq̃. Laudabat etiam,qui uxorem ducturi fuissent,& non ducerent. — Diogenes de uxore

¶Socrates uero consulenti utrum melius esset, Vxorem ducere,nec ne:Vtrum uis horum inquit egeris,pœnitentia incesset. Id autem uerum esse Arius ille indicat:Cum.n.Pacuuius flens Ario uicino suo diceret: Amice arborem habeo in horto meo infelicem:dẽ qua prima uxor mea se suspendit:postmodum Secunda: Iaȝ nũc Tertia. Illi Arius:Miror te in tot successibus lachrymas iuuenisse. Et iterum:Dii boni, quot tibi suspendia arbor illa suspendit. Et tertio:Amice dede mihi de arbore illa surculos:quos seram: Timeo igitur Quinte filine & te oporteat arboris illius surculos mendicare:quuȝ iam inueniri non poterunt. Nam quum tibi difficilis,cõtumax,incurabilisq̃ uxor,ut Socrati,ut mihi,ut aliis acciderit:Nec ullo pacto Socrates eris:qui morosam coniugem,& insanos liberos nactus,cum eis comiter atq; humaniter uixit. Tunc arborem illaȝ frustra perquires. Vnde postea uelis nolis ferre iugũ submissa ceruice te oportuerit. Vti &. Themistocli atheniensi euenit;Nam quum sibi filius matris intercessione pleraq; iuberet:O uxor ĩquit:Athenienses græcis imperant: Ego atheniensibus: Tu mihi:Tibi filius. Quod idem fere Cato senior imitatus ait:Omnes uxoribus imperant:Nos omnibus hominibus:Nobis aũt uxores. Itaq̃ recte lycurgus inter lacedæmonum leges statuit:Virgines sine dote nubere:q̃ seuerius matrimonia sua uiri coercerent:quuȝ nullo fræno dotis tenerentur. ¶Cumq̃ Varro de officio mariti — Socrates de uxore. — Arbor pacuuii. — Socratis liberi — Themistoclis uxor — Cato de uxore — Licurgi leges

uxoris uitium scripserit: Vxoris uitium aut tollendum/aut ferēdū esse qui tollit uitium/ uxorem commodiorē praestare: qui fert/sese meliorem facere: Nec tollere id nec ferre tu poteris. Natura enim semper est: neq mutatur. Et hi facilius curari possunt: qui per assuetudinem: q̄ qui natura incontinentes sunt: Est nanq facilius consuetudinem quā naturam mutare: ut in Ethicis legitur: Natura siquidē nō in nostra est potestate. Habebis inde uxorē/de qua uel hic/uel ille/aliquando fiat pater: cum mulier ad uoluptates ppensior sit: Et modeste uiuere praesertī iuuenibus nō sit iucundū. Qua de re in facie purpurissus & cerussa apponuntur: quorum alterum ruborem genarum/labiorumq mentitur: Alterum candorem oris & colli. Est. n. impudicissimus mulierum affectus: Vnde semper in gēmis/semper in lapidibus/semper in ornamentis extrinsecis gloriam ponunt: Vt oculi uirorum aurum contemplantes & gemmas/tandem figantur in faciem: quo facilius incitent ad libidinosa incēdia. Alienos itaq ut curuca/pro tuis filios educabis: Cuculus enī in curucae nido (ut aiūt) pariens illius oua esu absumit: Curuca inde cuculi oua: ut sua: fouet & excludit/ & educat. ¶ Diceres aūt custodes aderunt: quos quidē uinolentia/ mollities & pigritia minime decent: quoniā ridiculum esset/ custode indigere custodem. Ab illis ergo incipiet: mulier nanq unico potius oculo contenta fuerit/q̄ uiro uno. Decipieris igitur: quod primo incōmodum: iterum stultum: Tertio turpe. quid enim turpius quam illudi? ¶ Et cum nulla fere causa sit: in qua Litem foemina mouere non soleat: nunq̄ profecto quies apud te erit integra/uxore iugiter obstrepente: Totiusq uiciniae dicta factaq inuito etiam referente: Siq audire nolueris/silentium ue indixeris furore concita intonante. Ediuerso nec ipsa propriae domus secreta uiciniae unq̄ tacebit: ut illae in apuleio: Quarum una inquit: At ego misera/primum patre meo seniorem maritum sortita sum: dein cucurbita caluiorem: &

natura

mulieris uoluptas

purpurissus cerussa

mulieruum affectus.

Curuca

Cuculus

custodes

decipi malū ē

uxoris lis.

uxorę querelae

quouis puero pusilliorem: tum cunctam domū feris & catenis obditam custodientem. Suscipit alia: Ego uero maritum articulari etiam morbo complicatum, curuatumq;, ac per hoc rarissime uenerē meam recolentē sustineo: detortos & duratos in lapidē digitos eius pfricans: fomentis olidis, & pānis sordidis, & fœdis cataplasmatibus manus has tam delicatas adurens: Nec uxoris officiosam faciem, sed medicæ laboriosā personam sustinens. Ideoque non iniuria Cato senior dicere solitus: Tribus in rebus per omnes uitæ suæ partes pœnitentiam egisse. Primum si mulieri quicq̄ arcanum aliquando credidisset. Secundum, si aliquo naui traiecisset, quo pedestri itinere sibi pficisci licuisset. Tertium siqua dies ei per incuriam inanis effluxisset. ¶Adde ulterius, q; inuita obstanteq; coniuge nil donare, nil uendere, nil emere nil deniq; agere sine felle poteris. Saluaq; socru desperanda tibi concordia: quod expertus aliūde testimonia non exquiro. ¶Si pterea filios tibi fors dederit, aut probos, aut improbos: omnino perenni luctu non carebis. Dicente Socrate Alcibiadi illa: Inuenies non nullos homines: q filios uotis exoptāt: At quū filios adepti sunt: ī calamitates doloresq; maximos incidunt. Nam pleriq; cum nati per omnem ætatem improbi perseuerent: uniuersam uitam mærore conficiunt: Qui uero probos filios nacti: aduerso quodam casu illis orbantur: hinc nihilominus q̄ superiores illi miseri sunt: ut prorsus eligerent nunq̄ se filios genuisse. Quod sane. Q. hotēsius orator temporibus suis romanæ eloquentiæ ornamentum, uerum esse non ibit inficias. Nam filium potius in tormento animi, quā in uoluptatibus reponebat: Cum eius impietatem suspectam & nequitiam inuisam hr̄et. Clariquoq; generis, magnæq; dignitatis uir fuluius, auxilium Senatus implorauit: ut suspectus in parricidio filius, & ob id latens, per triumuirum conquireretur. Quadere iussu Patrum conscriptorum comprehensus est.

Catonis penitētia

Vxoris obstaculum

Filiorū luctus.

filiorū luctus.

Q. hortēsius.

Fuluius

Qui patrem traxit.
Parētū honor
.Q. Martius

Parentes.
Filii
Paulus æmilius

nihil est oīno prosperum

Vtq; in Ethicis legitur: Qui trahebatur a filio/sistere iubebat in ostio: se & enim patrem eousq; traxisse dicebat. Hæc ii passi fuerunt: cum dicente philosopho: honor parentibus ut diis tribui debeat. ℭQuintus aūt martius Rex superioris catonis in consulatu collega filium summæ pietatis/magnæ spei: & quæ nō parua calamitatis accessio fuit: unicum amisit: q̄ misera igitur eius ppetuo uita fuerit/tuteipse expendito: cuȝ parentes diligant filios/ut aliquid sui. Sed quid Aemilio paulo euenit? Nōne duos ei egregiæ indolis filios fortuna abstulit: quorū alter triumphum patris funere suo quartuȝ ante diē precessit: Alter in triumphali curru prospectus/post diem tertium expirauit: Nihil enim quicq̄ homini taȝ prosperum diuinitus datum: quin admixtū sit cōiugatione quadam mellis & fellis: q; ubi huber/ ibi tuber. ℭAfferrem in hac re plura: ni passiȝ &/tu Quīte fili nostra quoq; in urbe teriora conspiceres. quibus omissis ut aliquando finem orationi imponam: Illud tantum etiā atq; etiam moneo: quo liberior/tuoq; iure nō alieno uiuas: Et quo Vxorum iurgia/lites/imperia/multiloquium/perfidiam uites: filiorumq; aut mortes/aut calamitates: coniugia uelut Aspidum/Canis ue rabidi morsus effugito. Dixi.

ℭVxorem Ducendam esse. Tit. ii.

Matrimonii causæ



COntendūt plurimi/Vxorem ullo pacto ducendaȝ minime: Ego uero longe secus edisseram: si attentos aduertam. Adeste igitur Viri præstantes. Triplici quidem causa Matrimoniū rē esse utilē sapientissimi censent: Prima est/Susceptio prolis: Nam genitalē corporis partem/(quod nomen ipsum docet) nulla alia causa nisi efficiendæ sobolis accæpimus: Et duo sexus generandi causa sunt instituti. Qua dere Deus Coniugium inter primos parentes instituit: quibus benedicens ait: Crescite/& multiplicamini/& replete terram. Quod item & Ze

no asserens in rep. sua/ Vxorem ducturum sapientẽ pro creandorum liberorũ causa/inquit. Q ua etiam ratione ductus Cato senior Solonii scribæ filiolã duxit uxorẽ: quod cum Cato filius ægretulisset: accersitis sociis prẽm conuenit ueniamq; deprecatus est: siqd in euz parauisset quo subiratus ac dolens ei nouercaz induxisset. Cui Cato meliora dic inquit fili charissime: omnia sane tua/iucunditate me quadam afficiunt: Et quod tibi succenseaz nihil est. Sed huius rei cõsiliũ cœpi: Cũ multos mihi quidem natos/patriæ uero tibi psimiles ciues relinquere cuperem. Ex illis itaque nuptiis Catoni filius ex matris cognomẽto Salonius ortus ẽ. Alter uero natu maior/ Prætor designatus patre uiuo extremum obiit uitæ diẽ/egregios de iuris disciplina libros relinquens: unico tantum filio superstite: qui satis uæhemens orator fuit: multasq; orationes ad exẽpluz aui scriptas reliquit. Salonius uero genuit. L. Catonem: & M. Catonẽ: is. M. Cato tribunus plæb. fuit: Ex eoq; natus est. M. Cato prætorius & philosophus: qui se bello ciuili uticæ ĩteremit. Patet igitur optimum fuisse Catonis cõsilium: nisi enim uxorem alterã accæpisset: in eius familia tot tantiq; uiri pstantes/& Cato iunior/non fuissent. ¶Socrates etiam sapientissimus plis gratia Xanthippen uxorem habuit. Dicentiq; Alcibiadi non esse tolerabilem tã morosam/ait: An uero tu non toleras clamore perstrepentes anseres! Illo dicente At mihi oua pullosq; pariunt: Et mihi ait Xanthippe filios gignit. ¶Aristoteles quoq; & Nicomachum puerũ/ & puellã ex qua Herasistratus natus ẽ medicus insignis/ liberos suos reliquit: Recte igitur Claudianus: Nascitur ad fructum Mulier prolemq; futuram. ¶Secunda Matrimonii causa/post primi parentis peccatum instituta fuit Vitatio. s. fornicationis. Vnde Apostolus/propter fornicationez unusquisq; hæreat uxori. Est itaq; laudabile cõfugium: quod ni esset/Christus ipse nuptiis haud interfuisset: quas etiam miraculo cõmendauit Aqua in uinum conuersa. Est enim coniugium signum spiritalis cõiun

Zeno de uxore
Cato cur maritus.
Solonius
Cato uticẽsis.
Socrates cur uxorem.
Aristotelis liberi
Herasistratus.
Mulier cur nascitur
Matrimonii causa secunda
Xps nuptiis interfuit
Coniugiuz qd

ctionis: quā inter se cōniuges fungi debent. Vnde Aure
lius Augustinus admonet, Viros diligere uxores, uti se
ipsos. Tertia causa est: quoniā ut Genesi legit: haud bo
num est hoīem esse solum. Hinc & Phūs in Ethicis do
cet, homines subire cōiugium, non solū pcreationis, sed
corp etiā gratia, quæ ad ipsaʒ conferunt uitā: officia nāq
continuo sunt diuisa: atq alia uiri alia sunt uxoris. Opeʒ
itaq sibi mutuo ferunt: res pprias in coī ponentes. Et so
litario difficilis est uita: siqdem nō facile est per se ipsúʒ
continue operari: qm̄ imbecillis est: nec p se potest sine
hoīe uiuere: Vnde societatē appetit, ut uita coīs ornati
or fiat & tutior. Praeterea qm̄ Soboles ciuitati necessaria
est: Cuius seminarium quoddā est coniunctio maris &
fœminæ, rite Senatus populusq Romanus ad plem po
puli frequentandam præmiis atq inuitamentis usus fuit:
Tunc enim antelati sunt quibusdam in rebus qui uxo
res, quiq liberos haberent, senioribus neq liberos neq
uxores habentibus. Nam sic priori ex consulibus fasces
sumendi potestas fiebat: non q pluris annos natus esset:
sed q pluris liberos q̄ collega, aut in sua potestate habe
ret: aut bello amisisset. Sed si par utriq numerus liberoꝝ
erat: Maritus praeferebat: Si uero ambo & mariti & pa
tres totidē liberoꝝ fuissent: tūc q maior natu erat prior
fasces sumebat. Quis ergo coniugia nō amplectat: Cuʒ
& ciuitas sine matrīonioꝝ frequētia salua esse nō possit
Et maritis honor & dignitas maior insit! Recte iccirco
Metellus Numidicus in censura, populuʒ ad matrīonia
capessenda exhortabat. ¶Et licet nō nullas plerumq in
matrimonio molestias esse dicant: Scito illas & paruas
& leues, facilesq toleratu esse: maioribusq eas emolu
mentis & uoluptatibus deleri. Easdemq ipsas neq om
nibus, neq naturæ uitio: sed quorundam maritoꝝ culpa
& iniustitia euenire: Nec omnia mortali uiro ad uotum
in uita succedere facile est: q unicuiq dedit uitium natu
ra creato, ut ille inquit. Nec etiam quicq̄ difficilius, q̄ re
perire, quod sit omni ex parte in genere suo pfectum.

Vxor diligenda est

Cōiugii causa tertia

Solitarii uita

Senatus de Maritis

Consules qui digniores

Matrimonii molestiæ

Vitiū cuilibet

Itaq; sine uitio aliquo non solum mulier/sed uir ipse qui dem a quo uirtus dicitur/difficilis est inuentu ❡Caeterū ꝙ Bias ille dixerit: Aut pulchrā duces/aut deformem: Si Pulchram habebis communem: Sin Turpem/habebis pœnam: Non est igitur ducenda uxor. Respondeo/ si formosam duxero/non habebo pœnā: Sin deformē nō habebo cōmunem: Ducēda est ergo uxor. ❡Quod autem aliqui dicant: Vxores maritis imperitare: falsum ostēdam. quoniam Augustinus ait: Ordinem esse naturalē in hominibus: ut seruiāt fœminæ uiris. Et Ambrosius illud: Mulierem cōstat subiectam esse dominio uiri: & nullam autoritatē habere. Et Isidorus illud: Fœminæ dum maritantur/ ideo uelantur: Vt nouerint se semper uiris suis subditas esse debere/& humiles. Sed ꝙ aliquādo imperent: inde est: ꝙ mulieres multæ multis uiris ad multa præstātiores/ut plato ait. Ne ergo tibi uxor impetret uirū præstabis. ❡Vbi uero impudicæ mulieres argui solēt: audi hieronymū: Quod nō licet fœminis/æque nō licet uiris: & eadem seruitus pari cōditione censetur Et Apostolum: Vir potestatem sui corporis non habet/ sed mulier: Nec mulier sui/sed uir eius. Siquis igitur honorabiles nuptias/& cubile immaculatū quærit: sequo q; & castum & pudicū uxori exhibere debebit: Sic enim secunda matrimonii causa uitatio fornicationis hincinde seruabitur. Nec ob aliam causam Deus/cum cæteras animantes suscepto fœtu maribus repugnare uoluisset: solam omnium mulierem patientem uiri fecit: Scilicet ne fœminis repugnātibus libido cogeret uiros aliud appetere: eoq; facto castitatis gloriā non tenerent. Seruāda igitur fides ab utroq; alteri ē: Exemploq; cōtinentiæ docenda uxor/ut se caste gerat: Iniquū est enim ut id exigas: quod ipse præstare nō possis. Et uxor quum in tale incidit matrimoniū prauo exemplo concitata/ aut imitari se putat: aut uindicari. Cauendum ergo ne occasionem uitiis nostra intemperantia demus: Nam fere in hoc iustitiæ summa consistit/ut non facias alteri/qcquid

Bias.

Fœīnæ uiris seruiant.

Cōiūx uterq; castus sit.

Cur sola mulier pgnās recipit uirum.

ipse ab altero pati non uis. Illudq; te nō fugiat/nec tantū
alienis toris/ quos attingere nō licet: Verum ēt publicis
uulgatisq; corporibus abstinendū deum pcepisse. ¶ Et
qm̄ potissima causa in matrimonio procreatio prolis ut
patuit: Quo filii robustiores pcreentur/ Socratis illud
Platonici obseruandū censemus. Praecipit nanq;/ut mu
Mulier anni ·xx· — lier ab uicesimo aetatis anno incipiens/usq; ad quadrage
simū pariat· Vir aūt postq̄ acutissimū sui cursus uigorē
Viris āni·xxx· — transierit annos sane triginta: Inde usq; ad annos quinq;
& quinq̄ginta pcreet. Ciuitasq; uniuersa precabit· ut ex
bonis meliores/ex utilibus utiliores nascant. ¶ Praeterea
q̄ educatio eruditioq; bona seruata/ ingenia quoq; bo
Filiorū cura — na efficit: patribus & primo & maxīe deus praecipit: ut
nullius rei maiorē curā/custodiāq; suscipiant/q̄ natorū:
Statim ergo a primis annis pueri honestis iocis assuefi
ant: Nā si minus decētibus assuescant: nunq̄ legitimi/p
Filii docendi — biq; uiri euadere poterunt. ¶ Cūq; gloria patris/ filius
sapiens: Et nō parui sit apud deū meriti bene filios edu
care: parentesq; longe honorabiliores sint: q liberos eru
diendos curant his: qui solū genuerūt. q̄ hi uiuendi tm̄/
Cato filium docuit — illi etiā bene beateq; uiuendi autores sunt: Imitari Cato
nē seniorē debemus. Qui sane filiū cumprimū per aeta
tē intelligere potuit/Lr̄is erudiuit. Et licet Chilonē grati
osissimū seruū suū grāmaticū hr̄ēt: qui compluribus lu
dū pueris apuerat: Ipse tam̄ lr̄arū pceptor fuit: Ipse leges
edocuit: Ipse excercēdi corpis magister/nō modo iacu
lādi/tractādi arma/& eqtandi/sed ēt pugno dimicādi/&
calorē & frigus tolerādi ac rapidos gurgites & asprimos
Verba turpia — fluuios intrādi artes ostēdit. Ab uerborū quoq; turpitudi
ne pn̄te puero sic tempauit: quasi uestalibus Virginibus
Arbitris locuturus esset. Vt ille in uita quasi quoddam
speculum intuens/ ab operum simul & sermonum turpi
Themistoclis filius — tudine penitus se auerteret. Themistocles etiam Fili
um suum Cleophantum in Equestri Facultate strenu
um ita effecit: Vt Equis rectus insisteret: Rectusq; ex
Equo iacularetur: Caeteraque pmulta stupenda pficeret.

Aristides quoq filium suum lisymachum in omnibus quae preceptores ulli profiterentur, optime atheniensium omnium eruditum euadere uoluit. Pericles item uir magnopere sapiens duos filios educauit, paralum & Xanthippum: quos ipse tum in equestri peritia, tum in musica, tum etiam in certaminibus, prae caeteris atheniēsibus instruxit. ¶Si probos, inde casu aliquo amittemus: Eundem Catonem imitari conducet: qui filii sui optimi uiri & quem tam studiose erudierat: mortem modice sapiēterq tulit. Aut Periclem ipsum atheniensium principem qui intra quadriduum duobus mirificis adoloscentibus filiis spoliatus, his ipsis diebus nec uultu nec habitu mutato caput solito more coronatū gerebat: ut nihil ex uetere ritu ppter domesticum uulnus detraheret. Aut Anaxagoram: qui audita filii morte, nihil inquit mihi inexpectatum aut nouum nuntias: Ego enim illum ex me natum sciebam esse mortalem, Responsum profecto sapientissimum: Vt enim mori nemo solet: qui non uixerit: ita ne uiuere quidem aliquis potest: qui non sit moriturus. Et qui aliquem queritur mortuum esse: queritur hominem fuisse. Omnes etenim eadem conditio deuinxit cui nasci contigit, mori restat. ¶Illud aūt in primis admoneo: ut non immortales tibi filios dari, sed bonos & illustres optare uelis. Si tamen improbi fuerīt: nō propterea crucieris: Verū fortunae tela aduerso pectore semper excipias: & dura atq aspera ferēdi sciētia redde mollia: q magna & praecipua uirtus est patiētia, hoc est accidentiū malorū platio. ¶His igitur animaduersis, multa in coniugio bona esse: filiorū prolem & uoluptatem: fornicationis effugia: mutuam opem: Maritorum & patrū honorem, dignitatem, praestantiam: mulierem domestica gubernantem, uiro subiectam, & obsequētem: Quis adeo stultus est & insanus, ut tot tantisq commodis carere potius q̄ tot animo frui & uti uelit: Nisi qui solitudinem, orbitatem, generis interitum, Alienum haeredem optauerit! Dixi.

Aristidis filius

Periclis filius.

Filiorū luctus consolatio

Catonis tolerantia.

Periclis patientia.

Anaxagorae responsum.

Consolatio.

Quales filii.

Patientia qd

Epilogas

¶In Sponsalibus De Anulo Cur in digito/ qui minimo uicinus est:manu praecipue sinistra: Et de Quattuor necessariis sponso & sponsae. Titulo tertio.



Pus equidẽ/ Magnifici atq; insignes optimiq; almae urbis Conseruatores:Egregii celeberrimiq; Doctores: Vosq; ciues gñosissimi:Opus inquã mihi hodie esset/ uel Pisistrati facũdia/ uel periclis:Sic .n. ualerẽ forsitã uestras apud dignatões insignes digni aliqd enarrare. At q ea minime eloquẽtia mihi tradita est:rẽ paucis expediã. Vbi nãq; de Anulo dixero cur ĩ sinistra ferẽ: Vestris ego prudentiis/ Eximii doctoris. D.Dominici de Bonis Auguriis Sponsae prĩs nomine/grãs agam: Posthaec de qttuor sponso uel sponsae necessariis. Intendite qso:¶Cõmunis qdem assensus Anulũ in digito: q minimo uicinus ẽ: & manu pcipue sinistra/gestandũ esse psuasit:qa neruus qdã e corde natus usq; ad digitũ manus sinistrae minimo pximũ pergat:illicq; desinat/implicatus caeteris eiusdẽ digiti neruis.Ideoq; uisũ ueteribus/ ut digitus ille/anulo tanq̃ corona circũdaret. Quo certe anulo utriusq; cõiugis aõr cõiungi solet. ¶Veteres praeterea nõ ornatus/sed signãdi causa anulũ secũ circũferebant: Vñ nec plus habere q̃ unũ licebat:nec cuiquã nisi libero:Iccirco ius anulorũ famuli nõ habebant:Imprimebaẽ aũt sculptura materiae anuli/siue ex ferro/siue ex auro foret:Et gestabaẽ ut qsq; uellet/quacũq; manu: quolibet digito. Postea uero usus luxuriantis aetatis signaturas pretiosis gemmis coepit insculpere. Hinc factũ est: ut usus anulorũ exemptus dexterae quae multũ negociorum gerit:in leuam relegarenẽ: quae ociosior est:ne crebro motu & officio manus dextrae pretiosi lapides frangerenẽ.Electus aũt ipsa leua manu digitus minimo pximus quasi aptior caeteris: cui cõmẽdareẽ Anuli pciositas. Minus .n. officii gerit: & ideo seruando Anulo magis accõmodatus. ¶Plura de Anulo dicerem/nisi fastidio essem: Veniam iccirco ad grãr

Dñicus augur.

Anulus in quo digito

Veterũ Anuli

Anuli in sinistra

actiones: Sed cũ uiderim uestras humanitates hilari frõte/ & laeto uultu/ animoq; & mẽte ꝓmptissimis cõuenisse: ut honestissimae puellae Clarissimi uiri .D. Dominici filiae Sponsalia honorarẽt: quo pacto gratias agere ualeam/ nec scio nec uideo: Cõfugiendum igit̃ ad summi dei clementiã atq; opem. Vnde oro ac obsecro etiã atq; etiã Deus ipse uestris officiis digna p̃mia referat: Cõcedatq; benignis spõsae parentibus/ eiusdemq; germaĩs q̃optimis grãm plimam: qua media uestrũ omniũ animo ac mẽti facere satis possint. q certe offerunt postremo sese/ suaq; oĩa uestrũ cuiq;: nec unq̃ desinent debere cũctis. Adeo nanq; summa reputãt uestra officia/ ac potius pietatẽ: q nulla unq̃ delebit obliuio. ¶ De sponsis etiã aliqd dicere operaepretium est: pluribus tam̃ omissis/ illa qdem huic matrimonio inesse cognoscite: q̃ in optimis esse debẽt. Sunt. n. quattuor illa quae in eligendo marito spectari solent: Virtus/ Genus/ Pulchritudo/ Sapientia: Item quae in eligenda uxore quattuor: Pulchritudo/ Genus/ Diuitiae/ Mores. Quocirca alter ab altero coniugali amore ita ametẽ: Veluti a. C. Graccho sua Cornelia: & a Porcia suus Brutus amatus erat. Deus autẽ omnipotens bñdicat utrique: Crescere faciat/ & multiplicet eoꝝ sobolẽ. Dixi.

Quattuor spõsis necessaria

¶ Sponsalia quid sint: Vnde dicantur: Quãdo contrahi possunt: Et qualiter. Et an ea contracta per Parentes efficaciam habeant. Titulo quarto.



THeophrastus suo eloquẽtissimus tp̃e phũs semel apd Atheniẽses populũ uerba facturus/ deturbatus uerecũda destitit. Multo maxie igit̃ rudis ego dignissimi ciues rubor̃ & uerẽcũdia nũc afficerer/ apd tãtum clarissiõꝝ hoium coetum dicturus: Nisi me cognita cuiusq; summa in oẽs hũanitas ad ea q̃ ꝓposui enarrãda exhortaret̃. Itaq; Sponsalia qd sint: Vñ dicant̃: Qñ contrahi possunt: Et qualiter. Et an ea cõtracta p parentes efficaciã habeant/

Theophrastus

Sponsalia qd pauci exponam: Attendite praecor. ¶Sponsalia qdem sunt futurarum nuptiarum pmissio: a Spondeo dicta, qd est promitto. Proprie enim Sponsalia stipulationũ spõsionumq; contractus dicebat: Nam qui Vxorem ducturus erat/stipulabatur/ eam in matrimonium ductum iri: Qui daturus erat/itidem spondebat daturũ. Tum quae pmissa erat/Sponsa appellabat: Qui spopõderat ductu rum Sponsus. ¶Ea uero ante septennium contrahi minime possunt: Ratio est: quia consensus in hoc requiritur: qui interuenire nõ potest: nisi ab alterutra parte illud intelligat: quod inter eos agit. Quã rem aetatis puerorũ ante septenniũ ĩfirmitas nõ admittit. ¶Haec eadẽ uel absolute uel sub conditione contrahi ualẽt: Absolute qn que modis: Nuda uidelicet promissione: ut quũ uir dicit Accipiam te in meam: Et mulier accipiam te in meum/ Datis arris sponsalitiis/ut pecunia uel huiusmodi aliquo Anuli subarratõe/Interueniente iuramento: Dationeq; fidei. Si uero Sponsalia contrahantur sub Conditione: Aut honesta conditio est: Vt si uir dicat: Accipiã te in meã/ si placuerit meis parẽtibus: quod si erit tenẽt spõsalia: secus minime. Aut ẽ conditio inhonesta: nõ tamẽ contra matrimonii bona: ut si uir dicat: Accipiam te in meam/ si furtis meis cõsentias: quae conditio habet pro nõ apposita: ualẽt enim sponsalia: ac si absolute facta essent. Si autem est conditio cõtra matrimonii bona: ut si uir dicat: Accipiam te in meam/si uenena sterilitatis procurare uolueris: tunc sponsalia tenẽt minime: Conditio nãq; contractũ corrumpit: qñ est contra ipsius naturã. ¶Contracta deniq; Spõsalia p parẽtes efficaciã nõ hñt: si illi/de qbus agitur nõ cõsenserint. Vñ in Genesi legit: Vocemus puellã/& quaeramus ipsius uolũtatẽ. Necesse est igit maris & foeiae ĩtelliger uolũtatẽ priusq̃ ipi parẽtes talia exeqñt & contrahãt. Quae/qdẽ oĩa in pñti rite suata fuisse cũctis patet & liqt: Ideoq; oremus oẽs bono sider/felici auspicõ/faustoq; oĩne spõsalia haec futuro cõiugio ĩitiũ dederit: ut pulchra & optia ples iñ fruticet &

Sponsa
Sponsus
Qñ cõntrahi possunt

Quõmodo Contrahuntur

Sgonsalia per parentes

oriatur: Viuantq́ ppetuo Felicissimi simul. ℂPraeterea uidens ego uiri praestantes cunctorꝫ animos summa lae titia affectos ob haec amantissimorꝫ fratrum Antonii & Georgii/qui forma diuitiis moribus pstantissimi/Spon salia:quae omnes summo studio celebrastis: Eorꝫ nomi ne gratias ago omnibus imortales offerens uestris om bus uotis & cōmodis parata esse/ qcunque habēt. Dixi.

ℂMatrimonium quid sit: Quae eius instituendi Causae. Quae matrīonii bona. De tribus pueris/ & quinq́ faci bus/& de Nucibus in antiquorꝫ nuptiis. De Anulo cur in digito sinistrae minimo pximo. De Sponsis quorum cuilibet quattuor sunt necessaria. Tit.v.



Aiores natu in Conuiuiis olim/ ad Tibias egregia supiorꝫ opa carie conphensa cāta bant:quo ad ea imitāda iuuenes ipsos red deret alacriores. Hodie uero pstantissimi uiri/omissa priscorꝫ cōsuetudine breui ex pediā. Matrimonium quid sit:Quae eius instituendi cau sae:Quae Matrimonii bona:De tribus pueris/ & quinq́ facibus/ & de Nucibus in antiquorꝫ nuptiis: De Anulo cur in digito sinistrae minimo pximo:De Sponsis/quo ruꝫ cuilibet qttuor sunt necia: Attendite quaeso. ℂMatri monium est legitima cōiunctio Maris & Foeminae: in diuiduam uitae consuetudinē retinens:diuini & humani iuris cōmunicatio. ℂFuit autē Matrimonii causa insti tuendi triplex:Prima est causa plis de qua in Genesi le gitr: Et benedixit eis dicens:Crescite & multiplicamini/ & rplete terrā. Hic ēt Augustinus ait: Deus marē & foe minā ppagādi gnis causa nuptiali castitate cōiunxit. Se cunda uero adiutorii causa:de qua ibideꝫ etiā dicitr:Nō ē bonū hoīem esse solū:faciamus ei adiutoriū simile sibi Tertia deniq́ Incōtinentiae causa. Vñ dicit Apostolus: Qui se nō cōtinet/nubat. ℂEius qdeꝫ matrīonii bona triplicia quoq́ esse dñr: Fides/ Proles/ & Sacramentuꝫ.

Maiorum conuiuia

Matrimoniuꝫ quid

Matrimonii causae

Matrimonii bona

In fide attēdit: ne post uiculū cōiugale cū alio uel cū alia coeat. In ple, ut ad naturæ cōseruatione amāter suscipia tur: religiose educetur. In sacramento, ut coniugiū nō se paretur: Matrimonium nanq significat christi despon sationem cum ecclesia: quam nunq dimisit. Nec causa p lis alteri coniugatur: Nam ut Augustinus ait: Sic nō sunt facienda adulteria etiam uoluntate filios generandi: quē admodū nec furta uoluntate pascēdi pauperes sanctos. Est aūt adulterium alieni tori uiolatio, uel proprii detur patio. ¶ Patrum & matrum pueri tres olim adhibeban tur in nuptiis: unus, qui facez praeferret ex spina alba: qa noctu nubebant: Duo, qui nubentem teneret. Spina aūt nuptiaruz facibus auspicatissima qm inde fecerint pasto res, qui rapuerunt sabinas: ut autor est Massurius. ¶ Plu tarchus uero in pblematis scribit: q quinq faces in nup tiis accēdebant: quas cæreos appellabant. Nuptiis enim numerus impar conuenientior atq aptior habebatur: Nam impar omnino scindi non potest. Unde si diuida tur, semper cōmune aliquid relinquit. Ex omnibus uero imparibus numeris, quinarius potissimum nuptialis est Tria enim primū imparis locum tenent: Duo aūt paris ex quibus tanquaz mare & foemina quinarius cōmiscet numerus. An magis, q deos quinq precari eos putabāt qui matrimonio cōiungerentur. Iouez adultum: Iunonē adultam: Venerem: Suadelam: & in primis Dianam: quā etiam in partu & doloribus mulieres inuocabāt. ¶ Spar gebantur & nuces in nuptiis: hinc ait ille: Mopse nouas incide faces: tibi ducitur uxor: Sparge marite nuces. Fe cit aūt eas nuptiis religiosas, ut aiūt: tot modis foetus mu nitus. Illæ enim gemino proteguntur operimento: pul uinati primum calycis: mox lignei putaminis. Volūt alii quia cadendo tripudiū sonum ue faciāt, nuptiis fuisse re ligiosas nuces. ¶ Cōmunis uero assensus Anulum in di gito: qui minimo uicinus est: & manu præcipue sinistra, gestandum esse persuasit. ¶ Cum neruus qdaz ecorde na tus usq ad digitum manus sinistræ minimo pximuz per gat: illicq desinat implicatus cæteris eiusdem digiti ner

Matrimoniū. qd significat
Adulteria uitanda.
Adulteriuz qd
Pueri tres.
faces quinq impar nūs
quinarius numerus
dei quinq
nuces cur.
Anulus in pigito.

uis. Ideoq͏ uisū ueteribus: ut digitus ille anulo/ tanq̄ corona circundaretur: Quo quidem anulo utriusq͏ coniugis amor cōiungi solet. ¶Caeterum/ quia nihil est remuneratione beniuolentiae/nihil uicissitudine studiorū/officiorumq͏ iucundius: Eximii utriusq͏ iuris doctoris Dn̄i Ioannis Baptistae hodierni sponsi nomine gratias ago omnibus/quales merito agi debent. Cum uestrae prudētiae has suas nuptias magna caterua & nobili honestauerint. ¶Reliquum est ut ostendam: illa quidem huic matrimonio inesse: quae in optimis esse debent. Sunt enim q̄ttuor illa: quae in eligēdo marito spectari solent: Virtus Genus/Pulchritudo/ Sapientia. Itē quae in eligenda uxore q̄ttuor: Pulchritudo/Genus/ Diuitiae/ Mores. Quo circa alter ab altero coniugali amor̄ ita teneat̄: ueluti a .C. Graccho sua Cornelia: & a Porcia Brutus suus. Annos uero iisdē/ uobisq͏ oībus felicissimos omnes ad senectutem usq͏: Liberos plurimos atq͏ optimos & locupletes Superi ipsi concedant. Dixi.

Sponsis neccia quattuor

¶Conuiuium quid. Prisci conuiuii consuetudo. Cōuiuarū nnmerus. Cōuiuii res quattuor necessariae. Cōuiuarū sermones & lectio. Quid ciborū uiniq͏ uarietas noceat. Tit. vi.

CVm mei exiguas ingenii uires animaduertam Colendi patres: omnipotentis gratiam piaeq͏ Virginis opem imploro. Non enim Gorgias sum leontinus: qui se ad oīa: de quibus quisq͏ audire uellet: esse paratum denuntiabat. Disseram igitur Quid cōuiuiū: Quae prisci conuiuii consuetudo: Qui cōuiuarū numerus. Quae res cōuiuio necessariae: Qui cōuiuarum sermones & lectio: Quid ciborū uiniq͏ uarietas noceat. Intendite oro per diligenter. ¶Cōuiuiū Maiores nominauerunt accubationē epularē amicorū: q͏a uitae coniūctionē haberet. Quod idē Graeci tū Symposion .i. cōpotationē: tū Syndipnon idest cōcoenationē uocāt. ¶Solemni autem cōuiuio p̄ter cognatos & affines nemo īterponebat̄: ut siq͏a īter

Conuiuium
Symposium
Syndipnon

necessarias personas querela esset orta/ apud sacra mensæ/ & inter hilaritatem animorum/fautoribus concordiæ adhibitis/tolleretur. Inuitati ad cœnam Iuuenes diligenter quærebant: quinam ei conuiuio essent interfuturi: ne senioris aduentum discubitu præcurrerent. Sublataque mensa priores consurgere/& abire patiebantur. Ex quibus apparet/cœnæ quoque tempore quam parco & quam modesto sermone iis præsentibus soliti sint uti. Maiores natu in conuiuiis ad tibias egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant: quo ad ea imitanda iuuentutem alacriorem redderent. Lege Didia iubebatur/ ut non soli/q prandia cœnæ suæ maiore sumptu fecissent: sed etiam qui ad eas uocati essent/ atque omnino interfuissent/pœnis legis tenerentur. Imperari etiam cœpit/ut patentibus ianuis prandi taretur/& cœnitaretur: ut sic oculis ciuium testibus factis Luxuriæ modus fieret. Fœminæ autem cum uiris cubantibus sedentes cœnitabant. Mensam uacuam tolli nō sinebant: sed omnino quum aliquid etiam superesset. quia urbanum/ atque elegans putarent comprimere/atque inhibere appetitum: & iam quum uoluptate perfrui liceret: Minus enim quod abest cupiunt: qui præsentibus atque paratis abstinere consueuerunt. Vel seruorum gratia: qui certe non ita gaudent: si accipiunt: quam si participes fiant: quod mensam sibi cum dominis communicatam esse putant. Vel quia nihil sacrum inane ac uacuum esse decet: Mensa uero sacra est. In Græcorum autem conuiuiis post cœnam olim circunferebatur Lyra. Cuius quum se imperitum Themistocles confessus esset: est habitus indoctior. ¶ Præterea .M. Varro in Satyris Menippæis dicit Conuiuarum numerum incipere oportere a gratiarum numero: & progredi ad musarum: idest proficisci a tribus/& consistere in nouem. Vt quum paucissimi conuiuæ sint/non pauciores sint quam tres. quum plurimi/ nō plures quam nouem. Nam multos inquit esse nō conuenit: quod turba plerumque est turbulenta: Sic Varro edocuit: In nostro uero conuiuio & si conuiuarum numerus inges

Iuuenes in conuiuio

Maiores natu in conuiuio

Cōniuii Lex

Conuiuii Ianuæ

Conuiuarum numerus

ſuit/nullæ tamē diſſenſiones interuenerunt: qua de re & diis grās ago/& ueſtris huānitatibus:quæ ita ſe geſſerūt ut ſumma hic pax & beniuolentia nō defuerit. ¶Ipſuꝫ deniꝗ conuiuiū cōſtat ex rebus quattuor:& tunc eſt oībus ſuis numeris abſolutū. Si belli homūculi collecti ſūt Si lectus locus. Si tempus lectuꝫ. Si apparatus nō neglectus. Quæ certe oīa & hic affuiſſe quis neget? ¶Nec loquaces aūt cōuiuas/nec mutos legeř oportet: qa eloquētia in foro/& apud ſubſellia:Silentiū uero nō in cōuiuio ſed in cubiculo eſſe debet. Hinc legimus Theophraſtū illi q in cōuiuio penitus tacebat dixiſſe:Siqdem imperitus es/ prudēter facis:Sin uero peritus ſtolide. Sermões igiť ad tempus habendi ſunt: nō ſuper rebus anxiis aut tortuoſis:ſed iucundi atꝗ inuitabiles & cū qdam illecebra & uoluptate utiles:ex qbus ingeniū nr̄um uenuſtius fiat atꝗ amœnius. ¶Dominuꝫ uero cōuiuii eſſe oportet/non tam lautū q̄ ſine ſordibus: Et in cōuiuio legi nō oīa debent: ſed ea potiſſimuꝫ quæ ſimul uitæ utilitatibus conducant/ & delectent. ¶Illud ulterius etiam atꝗ etiā moneo/ ita eſſe uitandā ciboꝝ uarietatem/ut uaria ſolēt uina uitari. Quis enim ambigat eū:qui diuerſo uino utitur:in repentinā ruere ebrietatē? Qui uero ſimplicē cibum ſumit: facile quo ſucco uel corpus eius iuuetur/uel grauetur/uſu docente cognoſcit:& ita fit: ut noxa cuius cauſa dephenſa eſt/facile uitetur. Qui autem multiplici cibo alitur:diuerſas patiť qualitates ex diuerſitate ſuccorum:Hinc morboꝝ ſcaturigo: q ex repugnātiuꝫ ſibi humoꝝ diſcordia naſcūtur. quin etiam nō omnia ſimul cō coquūtur:ſed alia celerius tardius alia:& ita fit/ut digeſtionum ſequentium ordo turbetur. Verū ideo uaria uina uetanť:qa potus ut natura leuis mox altū petit:& cerbrū quod in uertice locatum eſt ferit fumi calentis aſpergīe & calore tam diuerſo q̄ ſubito conſilii ſedē ſauciat. Hæc protuli ut apud omnes cōſtet cibi & uini uarietatē corpori atꝗ menti obeſſe:Simplicem uictum utriuſꝗ ſaluti conduceř. De Matrīonio quoꝗ aliqd dicere oporteret

Conuiuiuꝫ ex quattuor rebus

Conuiuarum ſermones

Dn̄us cōuiuii

Lectio qualis

Ciborum uarietas

Vina uaria

Cibus ſimplex

Cibus multiplex

Varia uina

sed cu alias multa de eius materia uestræ audierint prudentiæ ne longiori sermone tædio illæ afficiant/siler cō stitui: Vbi aliqua de gratiarum actōibus dixero. Itaq Spō si noīe sanctū ueri dei numē etiā atq ēt oro/ dignet uestris in eum meritis & officiis dignas rferre gratias: Cu ipse non ualeat: Et si agere & habere dum uiuet nunq desinere possit. Dixi.

¶De Priscis Nuptiarum moribus: ubi illa narrant: uidelicet: Nuptiæ unde dñr. Pudicitiæ simulacrum. Pueri tres nuptæ comites. Cur cærei quinq in nuptiis. Cur nuces. Cur maritus uxori noctu coniungi solet. Cur sacramēto ignis & aquæ nuptiarum fœdera sanciunt. Cur Vini usus oli fœminis interdictus. De sacello Viriplacæ deæ. De auspicibus & paranymphis & pnuba. Cur limen nō tangebat a nuPta. Cur Thalassii nomē repetebat. Cur oli uxores nihil coqbant. Cur cingulo noua nupta pcingebat. Cur postes lupino adipe ungebantur. Curnam tris asses ad uirum nupta ferret. Titulo .vii.

IMmortalis Ingenii beatissima hubertas dicturo mihi opus esset Viri pstantes: ut memoria auditōneq digna eloquerer: Cū hic sit uirorum cœtus & eloquentium & sapientissimorum: Quibus quidē nec Theophrastus diuino eloquio præditus satisfaceret. Quid igit faciam: ubi omnino mihi etiā inuito dicendu est: Nisi ut Summi & ueri dei auxilium/uestrarumq attentionē aurium placidam & benignam exorem! Attendite quæso: Nam de priscis nuptiarum moribus ea referam: quæ audiuisse forsitan non pigebit: Illud autē in primis unde dicā tur nuptiæ: Incipiā igit. ¶Legimus Magnifici uiri nuptias a nubo dictas: Obnubit enim caput operit: unde & nuptiæ a capitis optione: Flameo enim amicta erat nubens ominis boni causa: q eo assidue utebatur Flamini ca idest flaminis uxor: cui non licebat diuortium facere.

Nuptiæ unde

Flameum

Ideoq̃ potissimũ fœminæ in nuptiis uelabantur:ut nos sent se semp Viris suis subditas esse debere & humiles. ferebat etiam noua nupta sub amiculo corollam de floribus Verbenis/ herbisq̃ a se lectis. Dicebanť & nupta uerba ab Antiquis.quæ uirginē dicere nō licebat. Plautus. Virgo sum:nondũ didici uerba nupta dicere. ¶Pudicitiæ signum Romæ colebať: quod nefas erat attingi: nisi ab ea/quæ semel nupsit. Habent & enim locũ maledicti crebræ nuptiæ. Hinc quæ uno cōtentæ matrimonio fuerant: corona pudicitiæ honorabanť. ¶Patrũ & matrum pueri tres adhibebanť in nuptiis: Vnus q facē pferret e/spina alba:qa noctu nubebant. Duo q nubentem tenerēt. Facem ipsam in honorē Cereris pferebāt. Spina autē nuptiarũ facibus auspicatissima/ quoniã inde fecerint pastores:q rapuerunt Sabinas.ut autor est Massurius. ¶Plutarchus uero in Problematis scribit:quinq̃ faces in nuptiis accendi solitas:quas cæreos appellabant q̃ nuptiis numerus impar conuenientior atq̃ aptior habebať:nam impar omnino scindi non potest: Vnde si Diuidatur/semper commune aliquid relinquit. Ex oĩbus uero ĩparibus numeris/ qnarius potissimũ nuptialis est. Tria enim primũ imparis locum tenent: Duo autẽ paris. Ex qbus tanq̃ mare & fœmina qnarius cōmiscet numerus. An magis/q̃ deos qnq̃ pcari eos putabant: q matrĩonio cōiungerenť: Iouem adultũ:Iunonem adultã:Venerem: Suadelam:& in primis Dianã:quam ẽt in partu/& doloribus mulieres inuocabant. ¶Spargebantur & Nuces in nuptiis:Hinc ait ille: Mopse nouas incide faces:tibi duciť uxor:Sparge Marite nuces.Fecit aũt eas nuptiis religiosas (ut aiunt) tot modis fœtus munitus.Illæ enim gemino ptegũtur operimento:puluinati primum Calycis: mox Lignei putaminis. Volunt alii: Quia cadendo Tripudium Sonumue faciant/ Nuptiis fuisse Religiosas Nuces. ¶Sed qd est q̃ Maritus Primo & olĩ & nunc Sponsæ nō in Luce/sed in Tenebris iungitur. An quia cum pudet:q̃ añt q̃ coeat/alienam putat.

Nupta uerba

Pudicitiæ signum

Pueri tres

Fax

Cærei quinq̃

Impar nũs

Quinarius numerus

Dei quinq̃

Nuces

Cur nocte coeunt

An quemadmoduꝫ Solon scripsit: Sponsam malo Cydonio degustato thalamum ingredi solitam: ut primus complexus nihil triste/aut insucundum haberet: Sic Romanus legis lator: Siquid absurduꝫ/ac deforme corpori aderat/occultauit. ¶ Institutumq; etiam est: ut iam pactae sponsae/non statim tradantur: Ne uilem habeat maritus datam illico: quam suspirauit sponsus dilatã. ¶ Aqua aspgebatur noua nupta: siue ut casta puraq; ad uirũ ueniret: siue ut ignem (nam facem in honorem cereris ut diximus praeferebant) atq; aquaꝫ cum uiro communicaret: hoc est res illas: quibus consortia copulãtur. Vel potius sacramento ignis & aquae nuptiarum foedera sanciũtur: q͂ foetus animantiũ calore & humore corporentur/atq; animentur ad uitam. Cum eniꝫ cõstet omne animal ex anima & corpore: Materia corporis in humore est: animae in calore. Ignis autem quasi masculinum elementuꝫ est: Aqua quasi foemininum: Alterum actiuum/ Alteruꝫ patibile ¶ Vini usus oliꝫ romanis foeminis ignotus erat ne. s. in aliquod dedecus prolaberẽtur: hinc itaq; institutum fuerat: ut Mulieres cognatos ore oscularẽtur/ne bibentes laterent: sed domesticorum cõgressu redarguerentur. Qua de re Egnatius Metellus uxorem q͂ uinuꝫ furtim bibisset percussam interemit: idq; factum non accusatore tñ/sed etiaꝫ reprahẽsore caruit. unoquoq; existimante optimo illam exemplo uiolatae sobrietatis poenas pependisse: Et sane quaecunq; foemina uini usuꝫ immoderate appetit: & uirtutibus omnibus ianuaꝫ claudit: & delictis aperit. ¶ Quoties uero inter uirum & uxorẽ aliquid iurgii intercesserat in sacellũ deae Viriplacae: qđ erat in palatio: ueniebant. & ibi inuicem locuti/quae uoluerant: contentione animorum deposita concordes reuertebantur. Dea nomen hoc a placandis uiris assecuta fertur. ¶ Interponebantur & nuptiis Auspices: quoniam apud antiquos/non solum publice sed etiam priuatim/nihil gerebatur/nisi auspicio prius sumpto. Verum qui praeerat huic rei pro parte uiri/a/graecis paranymphus/

Spõsa cur nõ statiꝫ traditur.
Aqua & Ignis cur.
Ignis
Aqua
Vini usus
Oscula mulierum.
Metelli uxor
Vinosa mulier
Viriplaca dea
Auspices

a nostris Auspex dicebat: Hinc Lucanus: Contenta est auspice Bruto. Et Plautus: Vltro ibit nuptū: non manebit auspices. Vtqꝫ auspex ꝑ parte uiri: sic & pronuba ꝑ parte mulieris adhibebat. Dicta eo ꝙ nubētibus praeest. Sed cū apud Christianos auspicia minime captent: adhibent Sacerdotes:q & ꝓnubi a nostris uocant. Pronuba uero nuptiis adhibebat: quae semel nupserat: auspicii causa: ut singulare matrimoniuꝫ. ¶Nubentes puellae limen non tangebant: ne Vestae idest numini castissimo dicatum locū calcantes/ sacrilegiū cōmitterent. Lucanus Translataqꝫ uetat cōtingere limina planta. Sponsaꝫ uero introducentes pellem substernebāt: Ipsa colum secū inferebat & fusuꝫ. ¶In Nuptiis item Thalassii nomē crebro repetebat/ ominis causa: fuerat. n. Thalassius Vir qdaꝫ rebus bellicis strenuus/ ꝓclarus & optimus: ad quom captis Sabinis Virgo egregia specie a suis clientibus capta ducebat clamātibus nequis eam auferret Thalassio ferri. Reliqua igitur multitudo Thalassii honoris causa/ bonis ominibus ac uotis puellā ꝓsecuta ad Thalassiū deduxerunt. Ex illo qm̄ nuptiae felices fuissent/ solemne ꝑmansit/ ut quemadmodū Graeci Hymenaeum: ita Latini Thalassium ominis causa in nuptiis noīarent. ¶Vxores oliꝫ nec molere nec coquere ꝑmittebant: ueteris memoriam foederis colentes: Nam post filias Sabinis raptas: facta pace & societate inita in foedere noīatim exceptū est/ Vxorem uiro Romano nec molere/ nec coquinariaꝫ facere. ¶Cingulo noua Nupta ꝑcingebat: quod uir in lecto soluebat: factum ex lana ouis: ut sicut illa in domuꝫ sublata cōiuncta inter se sit: sic uir suus secū cinctus uinctusqꝫ esset: id Herculano Nodo uinctum Vir soluebat ominis gratia: ut sic ipse felix esset in suscipiendis liberis ut fuerat Hercules: qui Septuaginta liberos reliquit. Legimus etiam Cestum Veneris Cingulum fuisse quo ad honestas Nuptias utebatur: & quo Venus Martem/ & ab illa mutuata Iuno Iouem/ sibi conciliabant: a quo Incestum dicitur: Quod a sacrato illo Veneris Cingulo

Auspex
Pronuba
Limen non tangebatur
Pellis
Colus
Fusus
Thalassius
Vxores non coquabant
Cingulum nuptae
Cestus uenerif
Incestum

Balteus

non fuerit uinctum. Erat autem Balteus discolor: quem Venus circa pectus gerebat: In quo quidem amores: In quo cupidines: In quo illecebræ: In quo blandæ suadelæ In quo denique omnia amatoria lenocinia ac ueneficia: q̃ q̃tumcunque prudentis delinirent mentem/inerant: ut Homerus scribit.

Postes uncti

❡Nuptarum quoque mos erat/simul uenerãt ad mariti limen/ Postes añt q̃ ingrederentur/ laneis uinctis ornarent: oleoque perungerent: Inde uxores q̃si unxores ut Seruio placet. Plynius uero sic: Masurius palmam

Lupi adeps

lupino adipi dedisse antiquos tradit: ideo nouas nuptas illo perungere postes solitas: nequid mali medicamenti

Ambrotanũ

inferretur. Ad quod ẽt effugandum Ambrotani quoque ramum/si puluino subiiciat̃ ualere aiunt: Nam eius herba efficacissima est cõtra omnia ueneficia/quibus coitus

Asses tres

inhibeatur. ❡Solebant etiã ueteri lege puellæ asses tris ad maritum uenientes afferre. Atque unum/quem in manu tenerent/tanq̃ emendi causa marito dare. Alterum quem in pede haberent/in foco larium familiariũ poneř. Tertium quem in sacculo cõdidissent/cõpito uicinali solere resonare. ❡Absolutis uiri clarissimi quæcũque de priscis nuptiarum ritibus legerã: quoniam uestræ humanitates Tyberii Nuptias officiosissime celebrarũt: Ouidii Poetæ Carmen Sponsi nomine referam.

Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis
 Perpetuusque animæ debitor huius ero.
Spiritus & uacuas prius hic tenuandus in auras
 Ibit: & in tepido deseret ossa rogo:
Quam subeant animo meritorum obliuia nostro:
 Et longa pietas excidat ista die. Dixi.

❡Matrimonium quando fuerit institutum: Et an id errore aliquo impediatur. Titulo octauo.

L. Crassus



Vcius ille Crassus Orator dignissimus/ insignisque Phũs/ consortes amicos alloquens apud Ciceronẽ/inquit: In uobis aĩaduertere soleo: & in me ipso sæpissime experior: ut exalbescam in principiis dicendi: & tota mẽ

te atq; omnibus artubus cõtremiſcam. Nil mirum ergo ſi eiuſmodi pallor & tremor honorãdi patres & dñi me inuadent: cũ rerum doctrina cũ eloquentia deſint: quales hodie neceſſariæ ueſtras apud dignatõnes forẽt: apud quas ego iuſſus dicere breuiter enarrabo: Q ñ matrimonium fuerit inſtitutũ: Et an id errore aliquo impediatur. Qua de re Intendite obſecro. ¶ Matrimonii quidẽ Inſtitutionẽ deo inſpirante Adam ſignificauit, atq; explicuit: quum dixit, ut Geneſeos ſecundo habet. Hoc nunc os ex oſſibus meis: & caro de carne mea. Et paulo poſt: Quam ob rem relinquet homo patrẽ ſuũ & mrẽm: & hærebit uxori ſuæ: & erunt duo in carne una. Quibus ſane uerbis, tria matrimonii bona explicuit: Bonũ uidelicet inſeparabilitatis: quum dicit: ꝓpter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ: ideſt cohabitationẽ patris & matris. Et bonum fidei: quum dicit: Et hærebit uxori ſuæ: nõ alienæ ſupple. Et bonuꝫ ꝓlis: quũ dicit: Et erunt duo in carne una: ſupple unius pueri procreandi. ¶ An aũt Error aliquis impediat matrimonium iamiam expediam. Naꝫ alius eſt perſonæ error: Alius Fortunæ: Alius Conditionis: Alius qualitatis. Exempli gratia: Mulier uolens contrahere, errat circa perſonam, cum qua contrahit: quando putat eſſe illum: qui non eſt. Vt ſi putat eſſe Antonium, & eſt Iulius. Errat circa eius fortunam: ſi putat eſſe Diuitem: & eſt Pauper. Errat circa eius conditionem: ſi putat eſſe Liberum: & Seruus eſt. Errat circa eius qualitatem: ſi putat eſſe bonum: & eſt malus. ¶ Primus Error impedit matrimonium: quia impedit Conſenſum ex parte errantis reſpectu perſonæ cum qua contrahit: Quum enim Martha contrahit cum Iulio: non putans illum eſſe Iulium: ſed Antonium: non conſentit in Iulium, ſed in Antonium. Quia ſicut non poſſunt amari, niſi cognita: Sic non poteſt eſſe conſenſus in perſonam incognitam. ¶ Error autem Fortunæ & Qualitatis Coniugii Conſenſum non excludit: Quia Error ipſe, nõ eſt, niſi reſpectu eoꝝ: q̃ ſunt accidentia matrionio:

Matrimonii inſtitutio

Matrimonii bona

Errores

Perſonæ error

Fort. & qualit. error.

Ideoq; error circa talia matrimonitú minime impedit.

Condit. error ¶Conditionis error cõiugalem cõsensum euacuat: Solus ergo personæ/ uel conditionis error matrimonium impedit. ¶Hæc de Institutione & erroribus matrĩonii dicenda hactenus occurrerunt: Reliquū est/ut uos certiores faciaꝫ pñs Tyberii matrĩonium/uiri quidem omni in re prudentissimi nullo errore cõtractum fuisse/sed omni iure legitimum esse: Quapropter alter alterū dili get sicut seipsum: seruabũtq; etiam sibi uicissim fidem: sine qua nihil rectum nihil honestuꝫ esse potest. ¶Cunq; uestræ humanitates ipsius Tyberii nuptias honestauerit eius nomine gratias ago omnibus/ quales agi iur ac merito debent: Ipse uero quotiescunq; referre poterit perlibenti animo referet. Nunc agit & habet: dumq; uiuet habebit semper. Postremo summi & piĩssimi dei numẽ oro uelit Tiberio ex hoc matrimonio filios concedere quot Masinissæ regi olim concesserat: Legimus .n. hunc ad Centesimum peruenisse annum robore senectæ admirabilem: reliqsseq; filios quattuor & quinq̃ginta. Dixi

¶Matrimonium unde dicitur: Volentibusq; illud cõtrahere cõfessionem in primis adeundam. Titulo .ix.



Atrimonium celebrantes Sapientissimi uiri/ de eo aliquid intelligere opæpretiũ esse mihi uidetur: Ideoq; Sponsi precibus non arrogãtia nõ spõte motus/Cæteris huiusce Sacramẽti omissis/ Duo tantũ paucis absol uã: Illa uidelicet/ Vnde matrĩoniuꝫ dicit: uolentibusq; il lud contrahere cõfessioneꝫ in primis adeundã. Res qdẽ erit & auditu & scitu digna: itaq; aĩaduertite patres optimi ¶Dicit aũt Matrimoniũ/ qsi mřis muniuꝫ idest officium: Matris .n. officiũ est suscipe filios/susceptos alere/ & nutrire. Vel q̃si mrẽm muniens: qa p ipsuꝫ ꝑle munit Vel q̃si mrẽm monens/ne .s. derelinquat uirũ. A matre uero potius q̃ a patre denominat: q; eius officium ma

Matrimoniuꝫ unde dicitur

gis apparet in mſe/ q̃ officium uiri. ¶Volentes denicꝫ matrimoniũ contrahere:ante omnia confiteri oportet: Contrahentes enim in peccato mortali/peccant morta liter:Iccirco & Auguſtinus ſcribit:In omni ſuſceptione ſacramenti poſt baptiſmũ/neceſſariã eſſe unicuicꝫ confeſſionẽ:ſi crediderit ſe peccaſſe. Iccirco & Thobiæ ſexto legitur: Tu aũt quũ acceperis uxorẽ/ingreſſus cubiculũ tres dies continens eſto ab ea: & nihil aliud niſi orõnibus uacabis cum ea. ¶Hæc eadem qcuncꝫ ſeruauerit liberos optimos gignet:& cunctis in rebus agendis dei numina ꝓpitia ſemp habuerit. Lumen & enim mentis humanæ deus eſt:quem qui cognouerit/& in pectus ad miſerit:illuminato corde myſterium ueritatis agnoſcet. Remoto aũt deo cæleſticꝫ doctrina/ oĩa ſunt erroribus plena. Quod ne accidat diuinis ꝓceptis ẽ obſequendũ: uti & nr̃ Lælius egit. Cuius noĩe ueſtris in eum collatis officiis deum quæſumus digna ꝓmia paſſim referat:Ipſi aũt Lælio filiorũ numerũ concedat/uti & Herculi quõdam:qui ut legit̃ filios reliquit Septuaginta. Dixi.

Confeſſio procedat

Continentia dierũ trium

Deus lumen mentis noſtræ

¶Decimus Sermonum Libellus/de Laudibus in Funere honoratorũ uirorũ/ Continet Sermones .xxiii.

¶In Funere Pueri: ubi aliq̃ de Senectæ & uitæ longæ incommodis: breuiſcꝫ uitæ commodis. Titulo Primo.



Ot in uita periculorum genera Sapiẽtiſſimi ciues: Tot morbi: Tot metus: Tot curæ: toties mors inuocat̃: ut nullũ frequẽtius ſit uotum. Natura uero nihil hoĩbus breuitate uitæ præſtitit melius: Hebeſcũt enim diutius uiuenti ſenſus:mẽbra torquẽtur: Præmoritur uiſus/auditus/inceſſus: Dentes & ciborũ inſtrumẽta deficiunt:Membra cũ uoce tremũt.fit leue Caput:& caluum. Nares ut in infante ſtillant. Panis inermi gingiua frangitur. Hinc Senex uxori/ filiis/ ſibicꝫ ipſi ſit grauis/

Vitæ mala

Vita breuis

Senectæ mala

iniquus/molestus. Non cibus ullus non uinũ pretiosissimũ torpente palato satisfacit. Fit surdus adeo/ ut uix cornua tuba sue audiat. Summa itaq; uoce/& clamore ingẽti/ut audire possit/ est opus. Gelato iã corpori minimus sanguis inest/& frigidissimus/sola febre calens. Morborum genus omne senes aggredit̃ & inuadit: quorꝝ ꝑfecto Noĩa uix dici possent. Hic enim tergo dolet: Hic lumbis: Hic coxa debilis: Ambos ille perdidit oculos lucis inuidens. Illius pallida labra alienis digitis cibaria sumunt: Hiatq; soluz/ ut auium pulli. ¶ Omniũ uero morborꝝ dementia pessima. Nomina enim seruorꝝ non nouit: non amicorꝝ uultus: nõ eorꝝ quos genuit. Hinc sæpe uidimus alienos potius q̃ ꝓprios filios hæredes fieri. ¶ Si tamen alicui sensus ipsi constabũt: illa tuz demũ pœna afficitur: ut Filiorum/ut charæ Coniugis/ut fratris ut Sororꝝ mortes inspiciat. Animaduertens q; inde domi calamitates & luctus sæpius renouari/ ꝑpetuo dolet/gemit/plorat/& lachrymatur.

Vita longior

Verum igitur illud est: q; uiuendo miserabiliora patimur: Nam incidentes calamitates & morbi uitam ꝑturbant: efficiuntq; ut cum breuis sit/tamen prælonga uideatur: ita mors est optatissimum

Mors

ærumnosæ uitæ ꝑfugiũ. Qua de re Cogitantes Iulium honestissimæ formæ/magnæq; spei puerꝝ morte media morbis calamitatibus/& ærũnis oĩbus huiusce uitæ priuatum esse: Et illud uerissimũ cõfitebimur: q; uitæ huius

Mors

amissio/a malo in bonum est transitus. Et mors ipsa recte uiuentibus mutatio est ad meliora: Nam si semp uixisset homo: semp in miseria fuisset. Quod Thrausi po

Thrausi

puli Thraciæ q̃dam naturalis sapientiæ disciplina intelligentes/ Statim editũ puerꝝ circũsidunt ꝓpinqui & conploratione ꝑsequũtur: recensentes q̃scunq; necesse est illi/q; uitã ingressus sit ꝑpeti humanas calamitates: hoĩem fato functum p lusum atq; lætitiã terræ demãdant: referẽtes quot malis liberatus in oĩ sit felicitate: prudenter illi:

Non dolendũ

Quosq̃deʒ & nos imitari debemus. Eoq; magis qetiori aĩo esse: q; eos seqmur/quos credimus amisisse. Hæc ha

ctenus:ut Iulii sanctissimi parentes/ aicosq; oms hoc in funere cōsolarer. Qui certe sapienter dolere debent: ꝙ mortuus sine pctō ad requiē deducitᷓ ut iā diximus: Hic Dauid paruulū filiū/qa sciebat nō peccasse/nō fleuit. Nec ullo modo dolendū est eo:quodquidē uni accidit: & oībus restat. Mors enim sine delectu moꝝ/sine ordine ac discrimine annoꝝ sæuit: Alii siqdē ad senectutē peruniunt: Alii infantes rapiuntur: Alii iam robusti intereunt: Alii in primo adolescentiæ flore immaturis funeribus extinguntur. De iis satis. ¶Reliquū est uiri Clarissimi/ qa uestræ prudentiæ magna cū charitate atq; frequētia/ pompaq; celebri/Iulii funus ornarūt:ut ego ꝑstantissimi uiri Simonis/pueri patris/cognatoꝝq; & affinium noīe uestris huāitatibus gratias agam: Deumq; oīum bonoꝝ causam exorem:concedat illis/uobis oībus adesse posse lætis in rebus & iucundis. ¶Præterea ꝙ ad funeris pietatem & decus secūdū ciuitatis consuetudinē cōmuniter ab oībus satisfactum est: Et lachrymis hactenus/ cæcoq; mærori datum est satis: lugubribusq; expiatōnibus ꝓsecuti estis eū/ q naturæ cessit: Aliud fieri nō oportet: Nisi ut grā uobis & pax a deo prē/ & dño Iesu Christo multiplicetᷓ. Et q uolunt abire/ eant felici pede/ eant numinibus & uotis secundis. Dixi.

Gratiaꝝ actio

¶In Funere Adultæ Puellæ Virginis: Vbi aliq̄ de laude Virginitatis/& Continentiæ. De Cibi modo. De Luxuriæ Damno/& Castitatis utilitate. Postremo De Vitæ huiusce malis. Titulo secundo.

Q Vidnam potissimū p̄iti loco enarrem uiri ꝑstātes/q̄ uirginis ꝑconia/nō occurrit: Dormiit.n. puella uirgo: Cuiusqde; uitā & mores a nemine unq̄ satis laudari possent. Nihil aliud nāq; audiebat.nihil aliud loqbatur:nisi qd ad dei timorē ptinebat. Nō garrula erat:sed taciturna: ꝙ in multiloqo nequaq̄ peccatū deesse pōt. Erat ēt eius sermo ꝑmeditatus:beatæ siqde; sunt:q nūq̄ qd r̄uocare uelint emittunt.

Multiloqum

Iurare non didicit: Mentiri Sacrilegium putabat. Viuebat angelice: Parentes pietate maxima diligebat. Peccata sua cognoscebat: Delicta etiam minima deplorabat.

Virginitas

¶Et quod in foemina praecipue praeclara est apud deū Virginitas & pudicitiae uirtus: si non aliis peccatorum/ & malorum lapsibus infirmetur: erat in ea honestas admirabilis: & stupenda uerecundia: Mira patientia: Decens incessus: & uerae pudicitiae habitus: Erat denique omnibus uiuendi forma & regula. Nunq̄ enim uultum ornabat: ut uiris placeret: Nunquam absque probis comitibus procedebat in publicum. Nunquam basilicas Martyrum & Templa sine matre adhibat.

Continentia

¶Praeterea quoniam Continentia facit hominem deo proximum: ibique deus habitat ubi est continentia: Ieiuniis magis q̄ epulis delectabatur. Vini in quo est Luxuria, parcissima erat: Sic comedebat, ut statim esuriret: ut statim post cibum oraret.

Cibi modus

Nesciebat sine parentibus posse uiuere: & cum sola erat pertimescebat. Non habebat prauorum colloquia: malorum consortia non admittebat. Adeoque Modesta erat, ut se ipsam nudam uidere non posset: maximeque erubesceret.

Luxuriae dāna

¶Adde ulterius/ quia Luxuria consumit Carnem/ atque debilitat: Hincque citius ad senectutem perducit: & Deum fugat.

Castitatis utilitas

Qui uero Casti sunt: & in Virginitate perseuerant/ Angelorum similes fiunt: Et caste uiuētes sunt Dei templum: Iccirco Iulia ipsa & casta & pudica/ mente & corpore uirgo ad mortē usque perseuerauit.

Consolatio

¶Qua propter eius morte dolerē/ tristari/ gemere/ flere/ nullo pacto debemus. Verum potius deo gratias agere: quod eam dignatus est a seculi huius aerumnis & militia tollere: Militia siquidem est uita Hominis super Terram:

Vita quid

Quasi enim in procinctu & in acie stamus semper ad Pugnam. Qui uero uti & Iulia Caste & Pudice uixerūt Loca adeunt perpetuae Tranquillitatis & pacis:

Castitas

Castitas .n. Hominē caelo coniungit: & ducit ad Regnum. Itaque clamat nunc illa uoce lugenti

Filia matrem consolatur

¶Si unquam me amasti mater: Si tua hubera suxi: Si tuis instituta sum Moribus:

Ne inuideas gloriæ meæ. putas esse me solā: habeo pro te Mariam dñi matrē. Misereris mei: quia ego mundū reliqui: At ego uestri sorte doleo: quos adhuc seculi carcer includit. quos quottidie in acie præliātes nūc ira/ nūc auaritia/ nunc libido/ nūc uariorū impetus uitiorū ptrahunt ad ruinam. Quādiu .n. in ista infirma & uana uita fueritis/ in summis malis omnes estis: Si uiuentē crederes filiā/ nunquam fleres ad meliora migrasse. Hæc illa. — Vitæ mala

❡Reliquum est uiri clarissimi/ quia uestræ. & c.

❡In Funere Viduæ Vbi aliqua de pietate: De Elemosynæ bono: & pudicitiæ. Deq; animæ a corpore exeuntis felicitate. Titulo tertio.

ET si uideo sapientissimi Viri/ oculis meis lachrymarū fontē adesse/ uenerabilis Antiæ obitu lacessitis: Non tam icciroo mihi silendū arbitror/ cognitis optimæ fœmiæ uita & moribus. Erat .n. illi sermo in omnibus ita moderatus & parcus: ut malum uerbū de ore suo nunq̄ exiret. Erat modesta & humilis/ nō reddens malum p̄ malo/ neq; maledictū p̄ maledicto. ❡Erat & pientissima ita mediusfidius/ ut nō solū paupum mater/ sed ancilla uocaret. Infirmis .n. seruiebat: sepulturā mortuis cōferebat: custodiebat orphanos: uiduas & nuptas consolabat. Idq; agebat: ut male de se nemo loqui absq; mēdacio posset: q̄ maxīa cū uigilantia ab utrorū uerbis aures r̄pelleret: q̄ cū uanis nō cōuersaretur: q̄ non ciborū nobilitas appetitū moueret/ sed fames. Et q̄a sacrilegiū putaē ebrietas: uinum ei in quo est luxuria/ uti uenenū suspectū erat. ❡Quicquid diuitiarū habebat: in usus paupū ab ea cōferebatur: Nā sicut aqua extinguit ignē ita elemosyna pctūm. Cæterū q̄ deus hoīem ad uitā nō nisi p uirtutē ac laborē uocat: p̄seuerabat in ieiunio: Plumarū mollicies sua mēbra non fouebant. Semp in comitatu suo graues fœminas habuit. Seu uesceret/ seu biberet omnia in dñi gloria faciebat. Deū momentis oībus

Sermo qualis — Pietas — Ebrietas — Elemosyna

adorabat. Martyrum templa secretis celebrabat orationi-bus. Fuit unius uiri uxor annis quindecim: reliquũ uitæ suæ tempus pudicitiæ cõsecrauit:q̃ magni animi signũ & perfectæ uirtutis indicium est/renuntiare expertæ uoluptati: fugere notas carnis illecebras: & calentis adhuc ætatis flammas fidei amore restringere:in iugi ppetuaq̃ castitate uiuere:Nam & si arduum est castitatis iter/magna tam̃ sunt p̃mia. Adeo deniq̃ continens erat:ut sæpius in ore haberet: Ille meos primus/ qui me sibi iunxit amores Abstulit: ille habeat secum seruetq̃ sepulcro.

Pudicitia

¶Dormiit tandẽ in domino pudicissima Paula/ Anno ætatis suæ ferme quinquagesimo. Quocirca eius est finita mortalitas non uita: uiuit enim nunc uere: uiuetq̃ ea uita perpetuo/quæ mortem nescit. Nam euolauit a corpore tanq̃ a carcere & uinculis/ quibus tenebatur cælestis animus:quoties siqdem sarcina carnis abiecta est:ad suum anima pudica & pura autorem reuolat:apud quẽ uera uita nullis mortis tenebris obscurata cõtinue lucet.

Animæ felicitas

¶Sed q̃uis optimæ mulieris obitu pauperes & cognati longe tristari possint: attamen:q̃ inter electas dei summa pudicitia/summaq̃ pietate connumerabitur & ponetur/tanta eius felicitate gaudendum potius q̃ dolendum cuiq̃:& modus lachrymis adhibendus:ne inuidi magis q̃ beniuoli animi esse uideatur. Dixi. Reliquum est uiri clarissimi/quia uestræ prudentiæ & c̃.

¶In Funere Nuptæ:Vbi aliqua de uiri honore. De cultus qualitate. De Vitæ nostræ malis:& Incerto hominis statu. De mortis commodis. Titulo quarto.



Vdicarem melius Venerandi ciues silentio uti: q̃ nihil dignum honestissimæ fœminæ laudibus dicer̃:sed amico obsequi uolens/ pauca de multis afferã:ne audienti fastidium fiat. Seruabat in primis Liuia matrimonium

Maritus

optime & uiro autoritatē suā: totaq domus ab ea discebat:quantū illi honoris deberet: tanto itaq honoratior erat/q̄to uiꝝ magis uenerabať. Vir enim caput est muli eris iure coniugii: magnus ergo Maritis debeť honor. quod qdem Liuia casta exeq̄batur. Nam uiro obseq̄ues erat sicuti oportebat in dño. Virum dominū suum uoca bat. Filios in omni timore domini erudiuit. Torum im maculatum custodiit. Immoderatū cultum/nimisq exqsitum obhorrebat:ornatum simplicem atq habitū commendans. Pallor & sordes gēmæ eius erant: q pulchritudo uana est/& fallax gloria. Erat & miro fidei ardore succensa. Oculis honesta/& uerbis: Non enim detrahebat alicui. Nam qui murmurat Cæli regnum recipere non potest. In nullos odium gerebat. Non Inuida/ Nō Iracunda erat:sed patiens/ modesta/ humilis/mansueta/ casta: Qua propter ne castitas in ea periret: neq honestas deficeret:sollicita fugiebat uiroꝝ consortia: Carnis & Vini species/quasi caloris fomites & libidinis incitamenta uitabat. Erat eius sermo pudicus: Incessus hone stus. Venustus uultus: Lingua Affabilis: Mens omni di lectione plena. Familiam suam ita Regebat: ut se Matrem magis suorum/q̄ Dominam uideri uellet. Et quo niam diligit Dominus munda Corda/ Omni cura seruabat Cor suum: Cuius Anima Pia & Religiosa Hodie Carne soluta est: Itaq discessit e Mundo multis re pleto miseriis. Vbi semper Homo natus de Muliere incerto statu breui degit tempore. Nunc & enim Diues nunc Pauper: nunc Sanus/nunc Languidus: nunc Gaudens/ nunc Tristis:nunc Videns nunc Cæcus:nunc Ci uis nunc Exul:nunc Bonus/ nunc Malus. Dolore Capi tis/ Stomachi/ Epatis/ Omniumq membrorum uexatur. Sicq moritur. Sicq ad Sepulcrum ducitur. Discessit e Mundo Liuia: Sed Vitam non finiuit: Immo de Vita ad uitam transiit: De Laboriosa ad Quietam: De Misera ad Beatam: De Temporali ad Aeternam.

Cultus

Pulchritudo

Murmurans

Familia

Vitæ mala

Mors bona

Anima nanq̧ non morit̃: nec succũbit per mortẽ: cũ sit immortalis. Verũ ardebunt miseri in igne æterno semp
Misteri.
Iusti.
Iusti aũt in uitam æternã ibunt: nunq̃ amplius corruptionem uisuri. Merito igit̃ Liuia dicet: Nolite obsecro mea morte flere: Sed gaudete potius. q̧ ad regna cælorũ & ad paradisi delitias iui. Reliquum est & c̃.

¶In Funere Mariti: Vbi aliqua de Innocẽte & Nocente. De obseqo in alios. Quo pacto loquendum. De curis uitæ p̃sentis. De pacis bono & fortitudinis. De filiorum educatione. Titulo. v.


Aeret uox indyti Viri: & singultus uerba loquẽtis ĩpediũt: nemo eniꝫ lachrymis doloreꝫ æquare posset: Cum obierit Diomedes ille/ homo innocens/uerax/dei cultor/ab omniq̧ malo abstinens. Vnde iure ac merito illa dicere potest: Nulli nocui hominuꝫ: Iuste uixi cũ omnibus: Malitiam odium/atq̧ inuidiam/quæ maxima uel sola semina sunt nocendi a me fugaui. Neq̧ manu tantum/ neq̧ lingua/ sed corde quoq̧ custodiui innocentiaꝫ. Nec modo ope/ sed uoto etiam nocere metui: quantum enim ad peccati rationẽ pertinet/nocuit & qui nocere constituit. Quæcunq̧ uolui mihi facerent homines/illa eadem feci illis. Nulli unq̃ omnino detraxi: nec aliorum uituperatione me laudabilem ostendere uolui. magisq̧ uitam meã ordinare didici q̃ alienam carpere. Diu considerabã/quid loquendum esset: & adhuc tacens prouidebam nequid dixisse pœniteret. Mentiri atq̧ iurare lingua mea prorsus ignorauit. In omni actu atq̧ uerbo quietã & placidã mentem seruabam. Non quærebaꝫ/ quod mihi utile esset: sed pluribus. Ita erat mihi domus sollicitudo: ut aliquam sæpius animæ uacationẽ tribuerẽ. Et quia fidelius & gratius semper obsequiuꝫ est/quod ab amore/q̃ quod a metu percipitur: Ideo benignitate potius q̃ seueritate a familia reuerentiaꝫ exibebam. Coniugium uenerabile

Inuidia.
Nocere
Vita propria.
Sermo.
Obsequium.

immaculatum seruaui. Vxori debitum reddidi. facile ex inimico amicum feci. Nec adeo me curis uitæ p̄ntis inuolui: ut futuræ oblitus essem. Quo in me neq̄ macula neq̄ ruga ante tribunal iusti iudicis appareret. Et q̄uis diues essem: nō tamē superbus/elatus/impius erā. Pax mihi in cunctis cū omnibus: Pax enim est sola uirtus: quæ bonum habet & iucundum. Pax est amoris uinculum/charitatis cōsortium. Pax bella compescit: iras cōprimit: simultates tollit: superbos odit: humiles amat: discordes sedat: inimicos cōciliat: cunctis placet: a cunctis optatur. Fortitudine eram tali/ut nulla fortunæ iacula timerē. fortitudine spreui diuitias/honores/pompas/& dignitates: Alioꝝ inopiæ bona mea impertii. Et quia ꝑmisit deus ueniam pœnitenti/iccirco sæpius confitebar. Amabam honesta lucra: nam radix maloꝝ omnium est auaritia q̄ sola terminū nescit. Cæterum ꝙ non est parui apud deū meriti: bene filios educare: & Heli sacerdos offendit deum ob uitia liberorum: ad cōparandam filiis modestiā/uirtutē/doctrinam/ impendi operam. & non solum nihil peccando: uerum etiam honesta singula peragendo: manifestum meme filiis exemplar exhibui: ut mea in uita quasi quoddam speculū intuētes/ab operum simul & sermonum turpitudine penitus se auerterent. Nam parētes qui liberos erudiēdos curant: longe honorabiliores sunt his: qui solum generant: ii enim uiuendi tantū/illi ēt bene beateq̄ uiuendi autores sunt. Demum ꝙ nihil humilius/ nihil uilius/ nihil inuenitur omni iniuriæ passioniq̄ subiectius/ & magis obnoxium caduco hominum corpore/Exii tandem carcerē illum teterrimum contritus corde/& ore confessus/omnibusq̄ sacramētis ecclīæ munitus: itaq̄ cælos adiui: ubi q̄dem molestiæ nihil/ sed omnia quieta & tranquilla aspiciuntur. Tenetis pro me duos filios uirtute præditos: In q̄bus sane splēdet paternus uigor. Vxor igitur pro uno homine duos recæpit. Qua de re date quæso lachrymis & dolori modū: sitisq̄ oēs oro ac obsecro Vxoris/ & Senecæ & Lucani filiorū meoꝝ salutis portus & aura. Hæc ille. Reliquū ē & ē

Pax

Fortitudo

Auaritia

Filii

Parentes

¶In Funere uiri Cælibis: ubi aliq́ de Cõsolatore. De humilitatis uirtute. De diuitiis spernẽdis. De subeundo iudicio ante Christi tribunal. De cõuiuii parcitate. De legis diuinæ mãdatis. De patientis laude. Tit. vi.

Consolator



On erit optimus aliorũ cõsolator sapientissimi prẽs: quem ꝓprii uincunt gestus: & cuius sensus elanguẽt. redeũt. n. mihi ĩ mẽtẽ Bernardi iã uita functi cõfabulatiões, blanditiæ, sermo, consortiũ: & ꝙ iis carẽs pati nõ possũ. Verũ ingẽti amore, quo in illũ afficiebar ipulsus modũ in dolorẽ q̃ram: ut eius laudibus dignũ aliqd afferã: Qui certe nihil habebat huĩlitate pſtãtius, nec amabilius: ꝙ hæc ẽ pcipua custos uirtutũ oĩum: Et q̃nto humilior qs, tãto sublimior. Timebat dei potentiã: amabat pietatẽ. Quẽcꝫ diligebat ut frẽ: lædebat neminẽ. seruiebat oĩbus. solebat & nudũ tegerẽ: alere esurientẽ: sitiẽti potũ pbere: ĩfirmos adire: tristibus cõdolere: mortuos sepelirẽ: nihil apud se hrẽ ut suũ: sed omnia sua cũ oĩbus iudicare coĩa. Diuitias nõ appetebat: ꝙ ille uere pacẽ habet: q nil appetit huius seculi possidere. Auditũ suũ magis ad bonorũ laudẽ, q̃ ad malorũ uituperatiõẽ accõmodabat. Sanctũ magis esse, q̃ uideri studebat. Declinabat a malo, ut bonum faceret: ꝙ oĩs homo ducendus est ante tribunal Christi: ut recipiat unusquisꝫ debitam uitæ suæ mercedẽ secundũ opa, siue bona, siue mala: Itaqꝫ ꝓcul ẽẽ debemus ab uitiis. Nunq̃ illũ aut supbia extulit: aut Luxuria traxit: aut ira pcipitauit. & omne tẽpus, in quo se nõ meliorẽ sensisset, id perdidisse existimabat. Fecit elemosynas plæbi multas: orans deum assidue. Sic fuit religiosus amatorqꝫ pudicitiæ: ut sæpius cũ monachis conuersaretur & clericis. Victu modico ꝓ naturæ necessitate cõtentus erat: Hinc procul a conuiuiis eius Phasides aues crassæ Turtures, & omnes alites, quibus amplissima patrimonia auolant. Non ardebat Auaritia: nõ auro sinũ expandebat: nam melius est rem familiarẽ minui, q̃ anis

Humilitas

Diuitiæ

Auditus

Iudiciũ cuiusqꝫ

Conuiuium

Rerum diminutio

mae salute perire. Non homicidiu₃ fecit nōn adulteriu₃: non furtu₃: quod ueluti sacrilegium detestabat̄. nō falsū₃ testimoniū dixit: Honorauit & prēm & matrē. Dilexit ꝓximu₃ suū sicut se ipsum: q̄ qdem legis diuinae mādata sunt ad aeternā uitam possidendā. Doloris aculeos mira patiētia substinebat: ꝙ patiens uir prudētissimus habet. Et qa terra sumus, certe qn̄ꝗ moriendū est: Vn̄ rapta est Bernardi inclyti aīa deo placita, ne malitia īmutaret mētem eius. Iamꝗ Angeloꝝ consortio fruitur: ꝙ de hostili patria migrauit ad caelum: Absentia cuius dolere uanum est: cum sit oībus cōmunis hic casus: q nec primus uidet̄ esse, nec solus. Dixi. Reliquum est & c.

Patiens

Mortuus cur

¶In Funere Vetulae Matronae Catharinae Pasantis Maternae auiae meae: ubi aliq̄ de linguae honestate. de pudoris utilitate. de uanitate fugienda. de bonis a morte. de dolendis. Titulo septimo.



T si mihi silentiū dolor impat: ciues egregii Conabor tn̄ maternae auiae meae uitā breui & mores afferre. Dormiit. n. Venerabilis illa mulier Catharina Pasantis: q̄ quide₃ tam sancte, tā grauiter disposuerat uitā suam: ut de ea sinistri aliqd ne fingi qdem potuerit. Cuius lingua a malo procul: ne dolum labia sua loq̄rentur. Cuius cogitatōni deus semper occurrebat. Vnde dum uixit debitum honorē uiro exhibuit: ita expectabat, ita ultimū speculabat̄ diem: ut se ad eum quottidie ꝓpararet. Nam cu₃ uita ꝑsens labilis sit & caduca, in ea bona operabatur: ꝙ in futura non licet. Tantae uerecundiae fuit: ut uirginale₃ pudorē uinceret: pudore eni₃ gloria inuenitur & gratia. Quid referā eius in cunctos clementissimū animū: in debiles & esurientes benignitatē? Quid memorē charitatē & sedulitatē in aegrotātes: quos miris obseqis & ministeriis fouebat! Tarda erat ad loq̄ndu₃: uelox ad audiēdu₃: ꝑcones sanctos audiebat libenter, & saepius: ꝙ erat

Lingua

uirtutibus dedita & perhumana: qua ꝑpter ad eam non aliter, q̃ ad pudoris domicilium & honestatis sacrarium diuertebãt. Fuit igit̃ omniũ in castitate exemplū matronaꝶ. Cuius ꝑces & oratões assidue exauditæ impetrarunt: ut ab humanis ad claꝶ cæli fulgorẽ ascenderet: ubi feliciſſima æuo sempiterno cũ pace fruat̃. Erat.n. incredibili fide, eximia pietate. adde ꝙ aliqñ quū tota ferme

Vanitas fugienda

ciuitas choreis & laruis operam daret: quũ solemnes celebrarent̃ ludi: ederenturq; spectacula publica: ea sola ꝑter morẽ muliebris ingenii quis adhuc iuuenis, tum maxime humanis se subtrahebat aspectibus. Erat affabilis, blanda, liberalis, quibus uirtutũ gradibus haud dubitan-

Mortis bona

dum est, eam in cælum ascendisse: Et a peregrinatione laborioſiſſima & plena supplicii in patriam, De naufragio in lictus, De bello ad pacem, De morte ad uitã euectam esse. Gaudeamus igit̃ Catharinã regnare cũ christo: ad cuius funus celebrandũ tota urbis ciuitas ob eius in omnes merita conuenit: quam omnis inopum multi-

Dolendi

tudo matreꝫ se perdidisse clamauit. Nos dolendi magis sumus: qui quottidie stamus in prælio: & uitiis peccatorum inficimur. Illa uero iam secura & uictrix nos miseriis oĩbus obnoxios d̃ cælo cõspicit. Dixi. Reliquũ & c̃.

¶In funere Vetuli uiri Petri Pasantis Materni Aui mei Vbi aliqua de morte senibus cõueniente. De cõtinẽtia. De ocio fugiendo. De septẽ petitionibus dñicæ orationis. De gaudio seruientiuꝫ deo. De filioꝶ instructione. De diebus & annis uitæ nostræ constitutis. De uitæ Miseriis. Titulo octauo.



Vperem clariſſimi uiri gaudio potius q̃ dolore uos affici: omnia.n. quæ secundũ naturã fiunt, sunt habenda in bonis: Quid aũt est, tam

Senum mors

secundum naturã, q̃ senibus emori? Nam habet illa, ut aliaꝶ reꝶ ita uiuendi modũ & fineꝫ. Quem optimũ adeptus est hodie Petrus Pasantis paupuꝫ hospes illis .n. terrena dabat, ut cælestia tolleret: breuia concedebat, ut æterna recipet. I oĩbus deũ laudãs grãs illi agebat

Cani nanq Hominis sunt sapia eius. Vnde & caste & pudice uixit:uxore tantum ppria contentus: Nec fecit ut multi solent:q in iuuentute luxuriose uiuunt:siq ad se nectutem puenerint/gloriant/se cōtinentes esse:tunc eli gentes seruire castitati:qñ libido eos seruos hře contemi nit:qui certe cōtinentes dicēdi sunt minime:Et ppterea tales pmiu3 non hēbunt:qa laboris certamen nō inierūt sed illos uere expectat sempiterna gloria:q fortes fuerūt gloriosa certamina tolerare: Vti & Petrus: q toto uitæ suæ curriculo cōtra luxuriā & cæteras uoluptates durum certamen iniit.Qui fugiens ociū/semper aliquid facie bat:honesto opere semp occupatus.Quid enim ocium est/nisi uiui hominis sepultura:p quod accendimur sæpi us ad luxuriam:ad alias uoluptates:ad alia uitia.Domini cam orationē iugiter hēbat in ore ac mente:q in ea sep tem petitiones repiuntur:inqbus species omnes orōnis insunt:quibus deu3 rogamus p appetendis bonis/ p eui tandis malis/ p delendis cōmissis. Tres & enim primæ petitiones ad æternitatē/Reliquæ uero quattuor/ ad hāc uitam pertinere uidentur. Recordatusq Christi in euan gelio dicentis:Stulte hac nocte auferetur anima tua a te: quæ autem pparasti/ cuius erunt?Egentibus abundanter præbuit/ omne opus bonu3 executus: Hinc & eius mēs diuino cultui dedita semp fuit: Nā felix & omni dignus beatitudine/ que3 senectus christo occupat seruientem: quē extrema dies saluatori inuenerit militātē:Cui in pa radisi ingressu dicetur: Recepisti mala in uita tua/ nunc autem hic lætare.Cæterum q ille impleuit cursum suu3/ nunc fruitur corona iustitiæ:& angelo3 pane uescetur: ait enim dominus.Ecce q seruiunt mihi comedent: uos autem esurietis.Ecce q seruiunt mihi lætabuntur:uos au tem cōfundemini.Ecce q seruiunt mihi exultabunt: uos autem clamabitis ob dolorē cordis.Reliquit deniq uos filios ætate adulta: Vos bonis moribus/Bonisq artibus institutos:uos honestis diuitiis ac honoribus cumulatos Vxorem uero q̄q̄ uiduā/nihilominus matrem pulcher

Cani

Continentes

Ocium

Pater noster

Deo seruiētes

rimæ sobolis/ filiisq̃ lætantē. Adiiciā q̄ ad id ætatis iam uenerat: ut molesta iā illi esset longior in corpe mora.

Dies uitæ nr̄æ — Dies.n.uitæ nr̄æ Septuaginta anni: si aūt amplius Octo ginta: & q̄cquid supest labor & dolor inest. Nascit̄ nāq̄ homo ad laborem & dolorē: Cūq̄ solutæ corpibus aīæ maneant: felicior illis status restat. q̄ est dū uersantur in corpe: Itaq̄ nullo pacto flenda ē mors corpalis alicuius nec bonoꝝ externorū amissio: neq̄ corpis infirmitas ul la: oīa.n.sunt necessaria ut eueniāt: omnia hæc ualde cō munia. & secūdū naturā præsertiꝫ senibus emori. Dixi. Reliquum est &c.

¶In Funere gnosi uiri Matthæi: Vbi aliq̄ de misericor diæ bono: & hūilitatis. De supbiæ malis. De opibus mi sericordiæ. De sepultura. De clæmentia. De Iræ comiti bus. De pacis bono. Quid sit cōfessio. Quid uir sine lit teris. De scripturæ sacræ uirtutibus. Quæ mortis cōmo da. Titulo Nono.

QVænam aures tam duræ: quæ tā sæua præcor dia poterūt sine lachrymis Matthæi gnosissi mi corpis & animæ separatōēꝫ audire! Plorā da siq̄dem est sanctitas/misericordia/innocē tia/castitas: plorādūꝫ ē oēs pariter in morte unius defe

Misericordes — cisse uirtutes. A quo paupeꝝ nemo uacuus unq̄ recessit: illud.n. reminiscebat̄: Beati misericordes: qm̄ miām cō sequēt̄. Nobilis erat gn̄e: sed multo nobilior moribus/ui ta/doctrina: Et q̄uis supbia cōe sit nobilitatis malū: erat

Humilis — tñ Matthæus hūilis nō supbus: q̄ deus ait: Sup quē aliuꝫ requiescā: nisi sup hūilem/& quietū/& tremēteꝫ sermones

Superbia — meos! Supbus inq̄ nō erat: q̄ supbia mr̄ ē & caput oīum uitioꝝ: ab ea.n.descēdit inanis glīa/ inuidia/ ira/ tristitia/ auaritia/uoluptas carnis/in q̄ cōtinetur gula atq̄ luxuria. Cibabat esuriētes: uestiebat nudos: recipiebat & pegri nos: q̄ pauptati/nō nobilitati futuroꝝ btītudo p̄mittit̄: cōsolabatur pupillos & uiduas. adibat infirmos. sepelie

bat defunctos: ista enim sunt opera misericordiæ. Nam quid de nobis erit: si saluator noster clæmens & pius fuerit: nos uero misericordiã ignoremus. Vltimũ aũt & maximũ pietatis officiũ est/ peregrinorꝫ & paupum sepultura. Aegros quoq: qbus defuerint qui adsistãt: curãdos fouendosq suscipere summæ hũanitatis & magnæ operationis est. Ab omni illicito recedebat: ad omne bonũ ꝑmptissimus erat: Nec tm̃ corpe abstiñbat/ sed ẽt mẽtẽ seruabat illesã. Erat magnus ĩ magnis: primus in primis. Iracundus minime: ꝙ ab ira nascitur odium/ cõtumelia/ detractio/ susurratio/ & iniuria. Martyrꝫ & sanctorꝫ uigiliis ieiunabat: ut sicut ieiunãdo cũ illis patiebať: ita & in futurꝫ cum eis pariter gloriareť. Erat pacificus: ꝙ siñe pace deũ nemo uidere põt. Pax. n. omniũ custodia & cura uirtutũ est: nulliqꝫ dabiť uenia/ nisi pacifico uiro. Quotidie cõmissa flebat: non solũ sua: sed aliorꝫ ẽt quasi propria uulnera. Peccata meditabať/ modũ & circunstãtias peccatorꝫ cõfitendo. Nã confessio est/ animarꝫ salus/ uitiorꝫ dissipatrix: uirtutũ instauratrix: salus/ dux/ baculus & spes omniũ fidelium. Erat & sapiens/ & fidus/ & eruditus. Quid eniꝫ hõ sine litteris reputatur: Quid. n. est? Nunqd nõ pecus uel hædus? Nunqd nõ bos uel asinus? Nunquid nõ equus uel mulus? qbus non est intellectus? Scripturæ potissimũ sacræ inuigilabat: Ea siquidẽ corda illuminat: animũ sanctificat: fidem munit: lumen sciẽtiæ ꝑbet: lætitiã sancti spũs accendit: de insipiẽtibus sapiẽtes facit: instruit errãtes: sanat ægros: reges humiliat: humiles exaltat: humilitatem/ Lenitatem/ charitatem/ obedientiam/ & mansuetudinem docet: Abstinentiam/ castitatem/ largitatem/ & uoluntariam paupertatem conseruat: Felicitatem suauitatem gaudium omnibus confert. Ideoq Cogitatio eius in spe uitæ perpetuæ tota uersabatur: Humana contemnens/ Diuina suspiciens/ ut summum illud bonum/ ad quod natus erat posset accipis[illegible]

¶ Possem ulterius etiam de Matthei Virtutibus & Excellentia Plurima dicere: Non tamen satis Ad Mate-

Clæmentia

Ira

Pax

Confessio

Homo sine litteris

Scriptura sacra

Mors

Nors

riæ dignitatẽ/& ad meritũ personæ suæ. Desiderio cuius merito tenemur oẽs: Sed aduersus mortis duritiã/& crudelissimã necessitatẽ/hoc solatio frui debemus: ꝙ reuisuri sumus eos: quos dolemus absentes: Neqꝫ enim mors sed dormitio/& sõnus appellatur. Ea uero neqꝫ oĩo mala est: nisi male uiuẽtibus: qbus aũt uita ẽ inocenter acta uti & nr̃o Matthæo mors ẽ maloꝝ terminus: felicitatis initiũ: laboꝝ reqes: uictoriæ palma: & deniqꝫ ad parẽtes suũ ciuitatemqꝫ sanctoꝝ recessus: Quo qdẽ & nos ibimus Matthæi sanctissimi uitã/ mores/ studia/ imitando. Dixi. Reliquum est & c̃.

¶In Funere uenerãdi Ep̃i: Vbi aliq de uitãda iactantia De Ieiunii bono. De uitandis fœcĩs. De pastoribus ecclesiæ negligentibus. De orõnis frequentia. De cibi modo. Quoꝝ libri legendi/& q̃liter. Inimicis cur bñfaciendũ. Qualis Ep̃i uita. De ordine Episcopali. De Vitæ malis. De impiis arrogantibus fortunatis. De peritis Infelicibus. Titulo decimo.



NIquo Funere Polydori Episcopi scientissimi cõsternatus/uix equidẽ loqui ualeo patres optimi. Non quod eius uicẽ doleã quem scio ad meliora transisse: sed quod desiderio tanti uiri afficiar. Cuius ego in p̃senti nihil laudauero: nisi quod ꝓpriũ fuerit. Animaduertite igitur: Illud aũt in primis: ꝙ & si gñosissimus erat ꝙ patritii sanguinis: & si doctissimus/atqꝫ eloquẽtia sũmus: siqdẽ de lingua eius dulcior melle or̃o defluebat: Nulla tñ se gñis nobilitate/nulla eius doctrina/nullaqꝫ eloquentia iactabat. sciebat. n. nihil ẽẽ tã piculosũ/q̃ gloriæ cupiditas ẽ & iactãtia/ tumẽsqꝫ aĩus uirtutũ cõsciẽtia. Nec se cæteris p̃ferebat: nec tñ erat plus æquo hũilis. Multa in ipso grã inerat: moderatũ silẽtiũ: moderatus ĩcessus. Viuebat pane & leguĩe/& holeribus: q̃ solo sale condiũtur: Canebat & cũ ꝓphã: Humiliaui ĩ ieiunio aĩã meã. Naturæ. n. ardorẽ crebris ieiuniis frãgebat. Testes eoꝝ oĩũ/q secũ duxere uitã. Tãtũ uero sibi ieiunii assumebat

Gloria

Ieiunium

quãtuz ferre potuiſſet: In ieiunio ſed.n.haud ē pfecta uir Ieiunium
tus: ſed cæteraꝝ uirtutũ fundamẽtuz & ſctificatio/& pu/
dicitia: ſine qua nemo deũ uidebit. Hinc adoleſcẽtiã ſuã
nulla ſorde maculauit: pudicitia cæteriſq; uirtutibus/ut ſa
pientia/fortitudine/iuſtitia/hũilitate/maſuetudine/abun/
dãs: Fœiæ uultũ eius neſciebãt: nã ut ille q ignẽ tetigerit
ſtatiz aduriẽ: ita uiri tactus & fœiæ ſentit naturã ſuã: & di Fœmina
uerſitatẽ ſexus intelligit: q fœiæ arcana mẽtiũ acuto mu
crone pcutiũt. Tales ẽt comites hẽbat: quoꝝ cõtubernio
nullã cõſeqreẽ infamiã. Deſideriũ ſuũ Chriſtus erat: om
niq; diligentia ſeruabat cor eius: ut abſq; lapſu & uulneẽ
trãſire poſſet. Iccirco erat ei cellula p paradiſo: ibi uaria
ſcripturaꝝ poma decerpebat: iis ſibi utebaẽ deliciis. Co
hortabaẽ ad ſtudia clericos oẽs: egẽtibuſq; ſuggerebat:
nã diuitias lutũ putabat: hñſq; uictũ & ueſtitũ/ iis gaude/
bat diuitiis. Siquid plus hũiſſet/illud paupibus erogabat:
Nã magna ẽ btĩtudo p paruis magna rcipere: æterna p Beatitudo
breuibus: p mortuis ſemp uiuẽtia. Mirabãẽ oẽs icredibi
lẽ abſtinẽtiã/cõſciãz/hũilitatẽ: egó aũt nil ita ſtupeo: q ho
norẽ & glãm ſe ita nihilifaceẽ potuiſſe. De regno Chri/
ſti/de futura btĩtudĩe & glã ſæpius aſſiſtẽtibus pdicabat:
arguẽs qdẽ negligẽtes ecclĩæ dei paſtores: ob quoꝝ in/ Paſtores
curiã perit oĩs decor chriſtiani populi: quũ neq; in legis eccleſiæ
diuinæ cogitatõe: neq; in pietatis cultu: neq; in ſacraruz
uirtutũ exercitio laborarẽt. Tũc.n.rectoꝝ doctrĩa ſaĩtas
ẽ: quũ doctrĩa ipſa pariter & uita cõſentiũt. Rectoꝝ quo Rectores
q; ẽẽ dicebat: ut laborãtiũ ſudorẽ noſſent: ut lapſis manũ
porrigerẽt: ut errãtibus iter oñderẽt. Ipſeq; nullius pſonã
accipiẽs/ quãtũcunq; potẽs eſſet uel nobilis/ ſi peccaſſet
corripiebat eũ. ſiqdez nõ ẽ crudelitas p deo crimĩa puni
re/ſed pietas. Amabat ſcientiã ſcripturaꝝ/ne uitia carnis
ſubiret. Aſſueuerat ẽt ad oroẽs & pſalmos nocte cõſur/ Orare
geẽ: mane hymnos caneẽ. Tertia/ſexta/nona hora/ſtare
in acie qſi bellator xpĩ: accẽſaq; lucerna reddeẽ ſacrificiũ
ueſptinũ. ſic dies trãſibat. ſic eũ nox inueniebat laborãtẽ.
Oroni lectio/lectõi ſuccedebat oro. Nec unq̃ cibũ ſine Cibus

lectione sumebat: quotiesq; uesceretur meditabat, ꝙ statim ei orandū illico & legendū esset. Post sanctas uero scripturas doctoꝝ hominū uolūia legebat: illorumq; dūtaxat libris, illoꝝ oblectabat ingeniis: in quoꝝ scriptis pietas fidei non uacillaret. Caeteros ita legebat: ut magis iudicaret, q̄ sequeret: Magnae nanq; prudentiae est, auruz in luto quaerere: Errata rep̄hendebat, facienda edocens.

Inimici

Nec solū amicis, sed inimicis ēt beneficia cōtulit: qñ. n. inimicis uostris beneficia imptimus, coꝝ malitiā nostra bonitate supamus: & mollimus duritiā: iratumq; animū ad beniuolentiā flectimus. Imitabat itaq; deū prēm: qui solem oriri facit super bonos & malos: pluitq; sup iustos & iniustos. Nunq̄ petens, raro accipiebat rogatus. beatius. n. est magis, dare q̄ accipere. Et episcopi gl'a est pauperꝝ opibus puidere: uti & ignominia est omniū sacerdotū ppriis studere diuitiis. Honorabat clericos, ut & sibi a clericis honor deferret. Forma erat fideliuz in sermone, in conuersatione, in caritate, in fide, in castitate.

Episcopus

Oportet. n. epm irrephensibilē ēē, & sine crimie q̄si dei dispensatorē. Nā qūo alteꝝ rep̄hendet quū ipse, q potestatē accepit, ut doceat: sit rep̄hendi dignus? Ipse p̄dicabat: ipse hortabat: Ipse cōmonebat omnes: ꝙ Ep̄i uita forma debet esse clericoꝝ: ut hac in mortali uita uiuēdi modū & exēplum ab eo sumāt. Nā Ep̄alis ordo & primus & pfectus in cunctis est eccl'iae gradibus: Ipse. n. ordinat sacerdotes: Ipse leuitas: Ipse subdiaconos: Ipse lectores: ipse ostiarios: ip̄e fossarios. Ipse fabricae dei p̄est. Ipse quod unusquisq; facere dēt, ōndit. Ipse ligat: ipse ligata soluit. ipse claues regni caeloꝝ habet. Huic summa a cunctis clericis: atq; ab omni populo deferēda reuerētia ē. Hic p omnia dei similis est: si hūilis, si bonus, si & pfectus fuerit: Qualē sane fuisse Polydoꝝ Episcopū uere sciūm, uno ore oēs ad unuz p̄dicāt: Itaq; suis meritis, sua optima uita, iā assumptus ē in regem apl'oꝝ & martyꝝ: relicta seculi huius statōe male fida: Vbi oīa plena piculis, oīa plena sunt laq̄is: ubi incitāt cupiditates. insidiāt illecebrae: blandiunt lucra: damna deterrēt: nec semp ue

Ep̄i uita

Ep̄alis ordo

Vitae mala

racla sunt ora laudādū: ubi sæuit odiū. ubi quottidie bel-
la insurgūt: morbi inuadūt: naufragia absorbēt. Vbi ēt in
ecclīa impitissimi quiq̄ florēt. Et qa nutrierūt frōtis au-
daciā, & uolubilitatē linguæ cōsecuti sunt: dū nō cogitāt
quid loquāt, prudētes se & eruditos arbitrant: maxīeq̄ si
uulgi fauorē habuerint. Et ecōtrario uides eruditū uirū
latere in obscuro: & psecutiones pati, & nō solū in popu
lo grām non hre: sed inopia & egestate tabescere. Hæc
aūt fiunt: qa nō est in pnti meritoꝝ retributio, sed in fu-
turo. Quocirca iam Polydorus, quē lugemus in terris,
in cælo regnat: itaq̄ repudiāda sunt iā lamenta: cōprimē
di gemitus: & ab oculis abstergēdæ sūt lachrymæ. Ne no-
stro incōmodo, nostraq̄ iactura dolere potius & inuide
re gloriæ eius uideamur. Dixi Reliquum est & c.

Imperiti

Eruditi

¶ In Funere pii reuerēdiq̄ sacerdotis: ubi aliq̄ de bonis
ecclīaꝝ. De clerico negociatore. de sciā diuinæ legis. de
psbyteri sermōe. de salutari sacrificio. de honesta cōuer
satōe. qd sit castitas. de orōnis tempe. de Inuidiæ malis.
luxuria qd sit: & q̄ eius mala. de puro animo sacrificantis.
De obedientiæ bono Titulo. xi.

Lachrymis ora mea rigāt optimi ciues: uocē
singultus occupat: qs. n. siccis oclis recordet li
beralitatē, doctrinæ cumulū, nitorē līguæ, acum
ingenii reuerēdi sacerdotis ātiochi: q ut nudus
& leuis ad cælū uolaret, solo uictu & uestitu lætus, egēti
bus manu ppria necīa exhibebat: sciēs ecclīaꝝ bōa pau-
pū primoiū ēē: sacerdotūq̄ domos debeř oībus ēē coēs
hic eius mēsulā paupes & pegrini nouerūt. altariq̄ fuiēs
altaris oblatōe cōtētus, lucra scli in xpi militia nō q̄rbat
imo ñgociatorē clericū ex iope diuitē factū, & ex igno-
bili glosū q̄si q̄ndā pestē fugiebat. rīectis itaq̄ diuitiis orō
ni, lectōiq̄ sacræ siñ itermissiōe uacabat: quottidie ď scri
pturis aliqd rferēs. q uani sūt hoīes, qbus deē sciā diuīæ
legis. Vnde dominus ait illis: Erratis nescientes scriptu-
ras. Erat igitur mysteriorum peritus, & Sacrorum dei:
q Presbyteri Sermo scripturaꝝ lectione cōditus debet
esse. Oraq̄ eius cū mēte cōuenire ne cōfundāt opa ser-

Ecclīaꝝ bona

Clericus negociator

Scientia legis

Presbyteri sermo

monē suū₃. Pascebat iccirco oēs uerbo & exēplo: ignorantes docebat: seipsum imitabilē pbens: ut iuniores aliū gradus benignum & humile₃ consecuti, uita & testimonio sacerdotis possent exurgeē. Erat & gratus omnibus a cunctisq₃ ut pater colebatē & uenerabatur. Et quia sacrificium salutare est, attendere mandatis, ab oīq₃ iniquitate discedere: boniq₃ mores turpibus corrumpunē: Ideo delitias omnes, & lepores & risu dignas urbanitates, ceterasq₃ amatorum ineptias detestabatur. Repellebat & illos omnes: in quibus male conuersationis suspicio esse potuisset: Mulierum consortia & societatem potissimu₃ illarum etiam, quæ de genere suo erant: ubi enim unius est tabernaculi cōuersatio, carnis non facile tolliē oblectatio. Amabat inde pcipue castitate₃: sine qua nr̄a opa placere non possunt. Est enim Castitas ornamentu₃ nobilium: exaltatio humilium: Decus sanctæ nostræ religionis: Diminutio criminū: multiplicatio meritoꝝ: dei amica: angeloꝝ cognata: Martyꝝ auxiliū: Virginū speculu₃: Viduæ refugium: Cunctorū bonoꝝ gaudiū & solamen. Orabat & p inualidis: q₃ oratio iusti assidua multum ualet, & potest apud deū: totisq₃ uiribus nitebaē canonicis horis cū deo loqui: Q̄m ante tēpus orare, prudentis ē: cōstituto tempore obedientis: omisso orandi tēpore, summe negligentis. Non murmurabat: Nō detrahebat: Nō inuidebat alicui. Inuidia nāq₃ uirtutes omnes bona oīa dissipat: mala oīa gn̄at: oī uitio peior: oī peste crudelior. Nō pteruus erat: nō iracūdus: nō turpis lucri appetitor: q₃ oīe lucrū a præsbyteris dēt esse alienū: nō glām q̄rebat: nō honores Et si epi uicarius uel iterno clero pesset: Raro i foꝝ se cōferebat: mortuos sine ptio sepeliebat. auaritiā submgebat p elemo ynā: Supbiā p hūilitatē & patiētiā: Luxuriā p abstinētiā. Luxuria siqdē est, pessima uirtutū destructō: uitioꝝ fossa: charitatis pditio: bonorum & crumenæ euacuatio: cuius dulcedo mox in amaritudine₃ graue₃ cōuertitur: p luxuria₃ pax destruiē: homicidia fiunt: ciuitates cōbustæ sunt: regna perdita: & oīa mala eueniūt. Conuiuia secularīū uitabat: coꝝ ma

Sacrificium salutare

Suspicio

Castitas

Oratio iusti

Orare

Inuidia

Lucrum

Luxuria

xime, qui honoribus tument: q Sacerdos dei minister & seruus est: sed tunc uere, si sobrie, si iuste, si pie & caste uixerit: Nunq̄ uinū redolebat: q uinolentos sacerdotes & Apostolus dānat. Erant ei ieiunia pura, casta, simplicia, moderata, non superstitiosa: nā fortissimū ieiuniū est aqua & panis. Visitabat languētes & miseros: Nec solum oculos castos seruabat, sed mentē & linguā: q oblationū uota & sacrificia reprobant: nisi purus & sanctus fuerit aīus offerentis. Nunq̄ de mulierū formis disputabat: q potissima clericorū tentamēta sunt mulieres. Pontifici suo subiectus erat atq obediens: q omni oblatione & hostia pretiosior ē obtempantia mādatorū dicēte pphā: Ecce obediētia melior est q̄ sacrificiū. Quibus qdē uirtutibus illū adiit patrē Antiochus uita defunctus qui nunq̄ morit: Et q iō uiuens mortuus est: ut nos mortuos uiuificaret: Iā uale Antioche, Spes, Fides, Charitas & orō tua christo te sociāt. felix igit: nāq bonorū merces plurima ē in cælis. Dixi. Reliquum est & c̄.

Sacerdos

Ieiunium

Oblationes

Mulieres

Obedientia

¶ In funere sacri theologi Pauli Callarii: ubi aliq̄ de obedientiæ Bono. de Abstinētiæ Virtute, & pauptatis. De orōnis frequētia. De tempato cibo. De mulierū fuga. de pacis uirtute. de Resurrectionis felicitate. de Leonardi Coni Summi Theologi laudibus. Titulo. xii.



Equeo sine gemitu eloq: & hærentem linguā; uiscera cōmota nō laxāt inclyti ciues Video. n. nos Paulo Callario theologorū sūmo priuatos. Qui certe nō domus, nō familiæ, nō frūm, nō possessionū, nō alicuius rei, q̄ ad seculū ptinet memor cælestis aulæ desiderio ductus, monasteriū petiit: ut pua dimittens grādia possideret: nā cētuplicato fœnore christi pmissa redduntur. Viuebat itaq illic sub unius disciplina prīs consortioq multorū: ut ab alio hūilitatē, ab alio patiētiā, ab alio silētiū, ab alio māsuetudinē disceret. Antistitēq monasterii timebat: ut dūm: diligebat ut parentē. Credebat & salu

Obedientia

Abstinentia

Monachus

Oratio pro defunctis

Orare

tare sibi quicquid ille preceperat: ita iussis omnibus obsequebatur: quod obedientia uirtutum omnium custos est: quae caelum aperit: inferna claudit. Nec unquam solus extra monasterium procedebat. Nec ullus Iuuenum fratrum sano & firmo corpore Tantae se dederat continentiae: quantae ipse fracto & senili debilique corpusculo. Affligebat enim corpus suum uerberibus/uigiliis/abstinentia aescae & potus. Nam magna & admirabilis est abstinentiae uirtus: per quam homines filii dei efficiuntur: uitia expelluntur: per quam animarum salus/ & Corporum sanitas possidetur. Peccantem fratrem cum omni mansuetudine & sine mora reprehendebat. Amabat omni affectu paupertatem: ipsa enim est sanctorum possessio beatorum uita: fidelium securitas: clericorumque ornamentum. Non discurrebat per compita/ & plateas/ut multi solent: ne Monachus esset inter seculares: ne inter monachos secularis. Erat ei conuiuium/Lectio/Quies/Cogitatio Christus. Vnde cupiens saluus fieri/& sanctorum commertio frui: fugit homines: fugit mundum & pompas eius: quod nemo deo militans se negociis secularibus implicat: cum mundus in maligno sit positus. Orabat & pro defunctis: ut dum fuerint in aeterna uita/pro eo e diuerso orarent. Iugibus autem orationibus dies noctesque iungebat: illud implens psalterii: Lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Ita leuia peccata flebat: ut illum grauissimorum criminum reum crederes Mane/ hora Tertia/ Sexta/Nona/Vespere/ Noctis medio/ per ordinem Psalterium decantabat. De scripturis sanctis quotidie aliquid ediscebat: aliisque explicabat: Eorumque salutem luctum animae suae faciebat. nihilque aliud loquebatur: nisi quod ad dei laudes pertineret. Disputantem cuncti admirabantur: Praedicantem omnes adibant: seu Romae/ seu Venetiis/seu in Patria/ seu alibi concionem haberet: Tantus erat in lingua nitor: Tantus in ore Lepor: Tanta Gestuum gratia: Tanta Rerum doctrina: Tanta denique Morum & Vitae fama & Sancti

monia. Ex quo enim cœperat diuino cultui deseruire: Carnibus & Vino semper abstinuerat: propter Libidinis quidem ardores: qui ex iis nascuntur. Oua quoq; uitauerat dicens esse liquidas carnes. Nec cibos ante sumebat: nisi oratione præmissa: Nec recedebat a mensa: nisi ageret gratias creatori. Crapula & ebrietate/ & curis hususce uitæ cor suum non grauabatur. quoniam modicus & temperatus cibus & cœnula/ carni & animæ frugi est & utilis. Venterq; mero æstuans facile in libidinem spumat: Erat igitur Holerum & Pomorum & Leguminum apparatu contentus: q; & facilior/ & arte impendiisq; coquorum non indigeret: Ei Oppidum Carcer/ & solitudo Paradisus erat: Hinc omnibus mundi negociis/ curisq; sepositis/ semper in tẽplo erat/ diebus & noctibus deo seruiens in terra positus. Ardentesq; dæmonum faces Ieiuniorum & Vigiliarum frigore restinguebat. Ideoq; impollutus fuit/ Virginitatisq; ppetuæ: q; grati sunt deo omnes immaculati. Nec unq̃ Hospitiolum suum Mulierum Pedes terebant: Reminiscebatur enim paradisi colonum muliere eiectum. Quocirca se nunq̃ mulieribus miscuit: adeoq; illas obhorrebat/ ut raro cognatas & propinquas uideret: Cum Fratribus omnibus pacez habebat: q; domum uel mentem in qua pax dominatur/ dæmon intrare nõ ualet: Et qui pacem Cordis/ Oris/ & operis non habet: Christianus dici non debet. Eius cubile foliis cõtextum erat: ad quod sane lassus adibat: nec dum expleto somno feruens surgebat: Tepidum enim discipulum non amat Christus. A quo quidem Paulus Callarius ciuis noster/ theologorum & patriæ decus/ iaz reuocatus est: ubi & lætus & gaudẽs interest agminibus Angelorum. ¶ Sed fixum nostris animis hærere debet: Nos quum hinc exierimus aliquando ad Corpora nostra esse rediturος: Et animæ iterum & corporis diuortiuz cõiugaturos: ad statũ pulchritudinis decorezq; renouadũ. Erit enim tũc caro sine terra/ Corpus sine doloris sensu/ Anima sine metu: Vita sine fine: Aetas sine tpe:

Mensa
Cibus
Cibus
Immaculati
Mulieres
Pax
Discipulus
Resurrectio generalis

Lux sine nocte: Beatitudo ppetua. Idq erit sanctis reqes id oblectamentū: id uoluptas: id delitiæ. Est ergo dolori modus & lachrymis adhibendus: Cum eius Pauli & corpus lucidius/ & animam beatiorem/ qnq uisuri simus.

¶ Restiteritq nobiscum nec eo inferior/ neq indoctior neq deterior/ sed par in omnibus Leonardus Conus: ut ille ciuis nr: ut ille sūmus theologus: nec cuiq secūdus ut ille diuo Francisco deuotus. ut ille rligionis columē: Scimus enim disputantibus eis theologos cæteros uix hiscere ausos. Cuius Leonardi uirtus/ doctrina/ memoria/ uita/ sapientia/ linguæ lepor & gratia/ non Italiæ tantū/ sed toti Galliæ/ toti Hispaniæ/ toti Britāniæ iam diu patet. Qua propter numina cuncta oro ac obsecro & Leonardo ipsi/ & nobis omnibus/ hic longiorē feliciorēq uitæ statum concedant: Ibi uero sanctorum Martyrum beatitudine frui. Qua certe nūc Paulus Callarius & gaudet/ & lætatur/ & fruitur. Dixi. Reliquum est & c.

Leonardus Conus

¶ In Funere Clari præceptoris. Vbi aliqua de discipulorum eruditione. De Inuidia. De Castitate. De Reprehensione. De Ira. De cruce. De Innocentia. De malorū solatio. De patientia. De philosophis & poetis. De tolerantia. De uigiliis. De lege uitæ & mortis. De duabus Vitis Titulo tertio decimo.

QVid Lachrymarū/ quantos gemitus/ quid doloris effundere debeam uiri præstantes neminem sane latet. Obiit enim optimus ille nostrorū puberum/ nostrorum adolescentium/ nostrorum iuuenum moderator Lælius. Quem ego unice diligebā: q nihil erat illo grauius/ sanctius/ doctius/ Cum & acri & magno ingenio/ Parcus in uictu/ Modestus in cultu esset. Cuius interitu merito ciuitas uniuersa & luget & mæret. Nam ita discipulos erudiebat: ut dei templum futuri essent: ut nihil audirēt: nihil loquerent: nisi q ad dei timorē pertineret.

Discipulorum eruditio

turpia non intelligerent: periurium atq; inuidia; diligen ter cauerent. Inuidia siquidē omnia mala generans, con cordiam dissipat: Est aūt ex alienis cōmodis animi do lor: Quocirca nulli inuidet bonitate præditus. Docebat eos, silentium, sermonem, incessum, habitum, moresq; describens. Turpe uerbum de eius ore nunq̄ exibat: q animi imago sermo est: nam qualis uir talis oratio: Vñ & fatuus fatua loquitur. Loquaces arguens, tacentes ma xime ꝑdicabat. Eius sermo erat copiosus, uarius, dulcis: & qui repugnātes quoq; duceret & impelleret. Nihil ab eo discipuli audiebant, nisi ꝓfuturum: nihil discebant, qd nescisse rectius fuisset. Magister erat sanctæ cōuersatio nis: multorumq; castitate; lucrum suum faciebat. Casti tas enim uirtus est: quæ nos deo cōmendat: quæ nos an gelos facit. Ipsius aūt uiuendi norma cæteris omnibus exemplum erat uirtutum: Nam q̄cunq; discipulos admo neret prius ipse faciebat: ne opera sermone; suum con funderēt: dū in schola loq̄retur: ubi tacitus quisq; respon deret: cur eaquæ doces non facis? Et qua liberalitate pec cantem corripies: cum tu ipse eadem quæ in alios reꝑ hendis admiseris: sitq; turpissimū, quod obiicitur, in obii ciente cognosci. Itaq; omni uirtute & sanctitate refertus discipulos suos magis exemplo q̄ uerbo docebat. Cum esset in eo summa religio: summus in studia ardor: ma gna oris modestia: magna fandi suauitas: mirus amor in studiosos: Multis enim uirtutibus abundat: qui alienas amat: mira in omnes mansuetudo: Nam muliebre est fu rere in iram: Et qui Iracundiam uincit hostem superat maximū. qua pp iracundos blanditiis adibat: Lenes & mansuetos correctione: Conuicia inter se iactantes ser mone lenissimo placabat. Damnum appellabat cu; ma la fama lucrum. Suiq; reminiscens in homine calamito so pius erat: sciens elemosynam non tam accipienti, q̄ tribuenti ꝓdesse. Qua de re omni opere, omni labore, omni gratia, miseros adiuuabat. Quem egredientem hospitio, armabat oratio: Cui ēt regredienti occurrebat

Inuidia

Verba

Castitas

Alios reprehendens

Ira

Lucrum

Elemosyna

Oratio

oratio. Cuius in omni actu/in omni accessu/crucem ma nus pingebat. Nam crucis signum dæmon in fronte ins spiciēs cōtremiscit. Nec ullo pacto imitabat̄ illos: q̄ sub christiano noīe gentilem uitam agunt. hinc eius pueri nihil ī cōtubernio suo/nisi sanctū honestumq̧ uidebant. Nullum offendit unq̄: ꝙ inter summas hominū uirtutes

Innocentia — Innocentia numerat̄: quæ iusto & sapienti uiro ꝑpria ē uirtus. Nullius nomen suis carminibus maculatū est: ꝙ ab altero expectes/alteri quod feceris. Nec ipse aliis de

Maloꝝ solatiū — trahebat. nec alios audiebat detrahentes. Maloꝝ enī3 so latium est bonos carpere. Vnde inuenti sunt scioli tantū ad detrahendum: q̄ eo se doctos oñrare uelint: si cuncto rum uitam lacerent. Inde fieri quide3 nō potest: ut absq̧ hominū morsu uitæ huius curricula quis ꝑtranseat: Cu3 etiam oīs sancti æmulos habuerint. Ipse deniq̧ Lælius

Patiens — æmuloꝝ mendacia summa cu3 patientia ridebat. ꝙ nul lus beatus esse poterit: nullus cæloꝝ ciuis efficitur: nul lus dei amicus erit: qui inter mala patiens non inuentus

Patientia — fuerit: Patientia enim/quæ dei donum est/ cuncta uincit aduersa: & dolor omnis patientia uincitur. Est nanq̧ ma lorum/quæ aut feruntur/aut accidunt cum æquanimita te perlatio. Hinc etia3 laboris patientissimus erat docēs discipulos tam diligenter & fideliter q̄ libenter. Nam si

Diligentia — cut uniuscuiusq̧ optimi operis mater est Diligentia: ita uniuersæ doctrinæ & disciplinæ nouerca est Negligen

Impatientia — tia. Vtq̧ per impatientiam omnia destruuntur bona: ita

Patientia — per patientiam bona omnia generantur: iniquitates om nes in profundum demerguntur. Eum discipuli ut parē tem uenerabantur: Ipse in omnes parentis affectum ex hibuit. Indociles & tardos sæpius admōebat. Obiurga tioni semper aliquid blande admiscebat: illos maxime damnans: qui in aliquo reprehendentes/ latrant ut Ca nes: Deuorant ut Leones: Dolent ut Parturientes. Pec cantem secrete prius/exin pertinacem coram omnibus

Amicitia — arguebat: Quo & cæteri formidarent: Vera enim ami citia quæ sentit dissimulare nō debet. ꝙ amici uitia/ qui

fert/sua facit: Et peccandi consuetudo peccantium mul-
titudinem auget. Quem uero diligit dominus, corripit:
Dies solemnes non tam ciborum abundantia/q̃ spiritus Solemnia
exultatione deuotissime celebrabat: ualde enim absurdũ
est/nimia satietate martyrem honorare: quem scias deo
ieiuniis placuisse. Hic eius cœna expedita & parca erat Cœna
Socraticis tantum sermonibus abundans: in quibus etiã
modus inerat. Affluẽtibus bonis honeste utebatur: hoc
est modeste/sobrie/temperate/pie: Diuina lectione fer-
uebat: Quando uero philosophi/ quãdo in manus suas Philosophi
libri uenerant sapientiæ sæcularis: siquid in eis utile rep- Poetæ
perisset: ad Christi dogma conuertebat. Siquid autem su
perfluum De idolis/De amore/De cura secularium re℞
id unguium more Ferro acutissimo eradebat. Aliorum
ærumnas & dolores/propria existimabat: Erat enim na
tura mitis/exemplumq̃ pietatis. Ante pœnitentiam be-
ne uiuebat: post pœnitentiã melius: ꝙ ex omnibus uix
unum aut alterum tanta probitate inueneris. Possessiões
uariam supellectilem/argentum/aurum/spernebat: Sunt
eni₃ maxime diuitiæ nõ desiderare diuitias. Nihilq̃ ma-
gnum est in rebus humanis: nisi magna despiciens ani- Magnanimus
mus. Pacem cum omnibus/Bellum cum uitiis habebat.
Ferebat & sapiẽter quod immutari nõ Poterat. Tolera- Tolerantia
bat & difficilia/quo facilia leuius ferret: Nã magni aĩ est
proprium: & trãquillum esse/& iniurias atq̃ offensiones Iniuriæ
semp despicere: quaꝝ quide₃ remedium est obliuio. Id
ꝙ agebat/ neq̃ eũ merito suo odisset. Nec aliter ĩ solitu
die/aliter in foro uiuebat: ꝙ nullũ putaret ẽẽ locũ sine te Locus
ste. multo tẽpe/multo studio & laborẽ/multis uigiliis didi
cit/q̃ docerẽt: libẽtissiẽ nãq̃ ociũ suũ ĩ lr̃is collocabat. nec
priæ ꝑceptoribus tm̃ cõtẽtus/ & rõæ & uenetiis/& alibi
plẽs audiuit clarissiõs: ut pluriũ mores hoĩm/plĩma loca
uideret: sicq̃ doctior & acutior & aptior ĩ docẽdo esset
itaq̃ sũma ĩ eo dicẽdi facultas/ copia/ hubertasq̃ inerat. Poeta
Nũisq̃ ãstrictã & solutã orõnẽ optiẽ cõpoñbat.. poeta₃ Philosophus
siqde₃ nosse nõ põmisi q cariñ₃ pitiã hẽt: & phõs nõ itel

ligit: nisi qui dogmatu3 uarietate3 nouit. Nec solum poe tis historicis/ & oratoribus sed platoni/ sed aristoteli/ sed Lactantio/ Hieronymo/ Aurelio/ cæterisq; tum latinoꝝ tum Græcorum magnis ingeniis incumbebat: Itaq; etiã siderum motus cursusq; stellarum docili animo sumpserat: Geometriæ multiplices numeros/ cælestium obseruationum rationem percæperat. Insomnes orationibus

Vigiliæ

ducebat noctes. Sacras uigilias orationibus/ & hymnis/ lectionibusq; celebrabat: ut uigilando & orando purgaretur: beati enim sunt serui illi/ quos dominus inuenerit uigilantes. Nec uerbis tantum sed corde orabat. Quoq; Die Martyrum templa adibat: Vt sacrificio/ ut concionibus interesset: Nam beati qui audiunt uerbum dei/ & custodiunt illud. Crudelis aũt & dura mors illum patriæ nobisq;/ & amicis omnibus/ quoꝝ desideriis amicissime.

Lex uitæ & mortis

obseqbatur: abstulit. q lex uniuersalis ẽ: quæ iubet nasci & mori. Sed qua temperantia/ qua ẽt constantia nouissimam ualitudine3 tulerit/ medicis semper obsequẽs/ quis non miretur? omnes certe admirabamur. Veru3 id egit: q in eo magnus erat catholicæ fidei speiq; feruor: Vnde eius ultima uerba fuerunt illa: Domine neq; secũdũ peccata mea/ neq; secundũ iniquitates mihi retribue: sed parce dñe parce: Pœnitet enim me facti dictiq; ẽt Ociosi. Post hæc animam creatori sine gemitu reddidit: Nobis omnibus humi prostratis atq; attonitis. Illud præterea hoc in loco adiiciam: cum nobis denegatum sit diu uiuere: relinquendu3 aliquid esse: quo nos uixisse testemur: ut

Opera


& Lælius ægit. Nam scripsit opera pulchra/ uaria/ elegantia/ pura: quæ maxime cuncti probant. Quam ob rem non patriæ tantum: quam omnibus quidem rebus augeri cupiebat: maxime tamen ciuium numero: sed alienis etiam ciuitatibus gratus & iucundus/ a studiosis undiq; petebat. Cuius sane uiuendi formam/ præceptores alios ut sequantur/ & hortor/ & moneo. Licetq; multis periculis/ laboribus/ cõtumeliis/ molestiis/ ludibriis/ sit obnoxia

Vita longior

uita longior: Læliusq; breui labore nunc æterna beatitu-

dine fruatur: Ego tamen ut maximi/ut clarissimi/ut lõge utilissimi ciuis morte doleo/ tristor lugeo. amisi.n.amisi uitæ speculum & Nauiculæ magistrum: Quo nihil unq̃ amabilius: nec modo longiore uita/ sed pene immortalitate dignũ uidi. O/triste plane/acerbumq; funus: nostrum gaudiũ/quo mærore mutatum est! Verum q̃ homo duabus rebus constare dicitur: Corpore & Anima. Quorum alterum Terrenum est: alterum uero cæleste. Duæ uitæ homini attributæ sunt: Temporalis una/ quæ corpori assignatur. altera sempiterna: quæ animæ subiacet. Illa terrena est/sicut & corpus: ideoq; finit. Hæc uero cælestis/sicut est anima: ideoq; terminum non habet Viuit ergo Lælius/non periit ut putabatis. Quam sentẽtiam & Phocylides ita confirmat. Vita breuis nobis: ad tempus uiuimus omnes: Ast animus mortem/seniumq; ignorat: & idem Viuit in æternũ. Dixi. Reliquũ est & c̃. Vita duplex

¶In Funere Studiosi discipuli: Vbi aliqua de parentibus De studiosis. De obeso. De luxuria. De pudicitia. de mũdi malis. De sapiente. Titulo decimoquarto.



SI unq̃ Adolescentis obitu lachrymas fudi: si unq̃ suspiria imo pectore traxi ciues clarissimi: Nunc maxime Dionysii acerbo funere lachrymari/gemere/tristariq; debeo. Occurrit enim Quid in illo uirtutis/quid ingenii/quid sanctitatis/quid puritatis esset. Nam præstabat parentibus pietatem: Cognatis dilectionem. Parentem si æquus erat/amabat: si aliter patiebatur. Peccare innocentia/ non metu cessabat: Assuetus audire libentius q̃ loqui. Erat illi facies liberalis: ingenua totius corporis pulchritudo: mira dulcedo: mira hilaritas. comitate iuuenis: Grauitate senex: Nihil unq̃ nisi consilio sapientissimi faciebat: Erat igitur imbutus Honestis artibus. Ne enim a Clarissimis & Optimis parentibus suis degeneraret: quãto labore poterat enitebatur eorum pietatem/ Parens

Religionem/Fidem/Integritatẽ/Constantiam atq Modestiaꝫ assequi: semper ex bonis meliora/ex melioribus optima eligens. Clarissima & suauissima uoce recitabat: multosq uno impetu spũs uersus complectens. itaq cupidi ad eum audiendum concurrebant: cuncti admirantes tantam in adolescente uim gratiamq dicendi: Quapropter tali ingenio delectati/eum plurimuꝫ sicut merebatur/amabant. Vtq maiorum suorum uestigia/qui recte processerant/assequeretur: Vtq sapiens Filius gloria patris esset: Magistroruꝫ sapientiæ Limina terebat. Nec ipse docebat se/ꝙ nulla ars in litteris absq magistro discitur: Nec minima contemnebat: ꝙ nec cito ad maiora progreditur/qui etiam parua formidat. Illosq maxime arguens: qui parua doctrina elati discere desistunt: sicq paulatim ex eo/cui nihil adiiciunt/decrescit: ut uacui penitus disciplinis inueniantur: Ferrumq quod acutũ fuerat hebetetur. Ipse crebrius legebat discens ꝙplurima: Et tenenti codicem somnus obrepebat. Qui enim litterarum scientiam habere desiderat: nisi discẽdi tædia susceperit: doctrinæ laudeꝫ adipisci nõ poterit: Et qui sapientiã & disciplinã nihilipendit: infelix est: & eius opa inutilia. Solitudinem quærens/Ciuiũ multitudinẽ/ne cum notecibus uersaretur/effugiebat: Diuinaꝝ etiã scripturaꝝ ardor incredibilis ei: Tãtaq continẽtiæ fuit: ut ppe modũ excederet: & corpis debilitatẽ minimo uictu/nimioq labore & studio cõtraheret. Eoq maxie id agebat: ꝙ illi minus solertes/qbus obesus uenter: pinguis. n. uenter tenuẽ sensuꝫ non gignit. Cæsariem calamistro nõ crispabat: sed pudicitiã habitu pollicebatᷣ: ꝙ nulla uirtus/nulla bonitas/nulla sapiã/cũ luxuria stare põt: nulla iustitia/nulla laus/sed oĩs puersitas in ea regnat: At pudicitia uiroꝝ pariter & fœĩnaꝝ est præcipuũ ornamentũ. Itaq sese illi tradebat: cuius sermo/habitus/& incessus/doctrĩa uirtutũ erat: Et eruditis cõtentus auribus/qd ĩperitoꝝ de ingenio suo rumusculi iactitarẽt: magnope nõ curabat: Increpãtis uerba hũiliter accipiebat; Nã ingenia liberaliter educata facilius Verecundia ꝙ metus superat: Et nobilio

Filius

Ars

Litterarum cupidi

Vẽter obesus

Luxuria

Pudicitia

equus uirgæ quoq; umbra regit. tã ꝓbus deniq;/tã erudi tus adolescens/q oia tpum momenta ad pcipiendam & exercẽdã doctrinã cõtulerat: nã ita se mirificũ doctrĩæ opibus addixerat: ut in mẽsa quoq; cibũ cape obliuisce ret:& ita doctrĩæ cupiditate flagrabat:ut ubicũq; sapien tuz libros secũ haberẽt:ĩmaturo funerẽ parẽtis aĩuz cõster nauit. Eoq; magis/q; unicus raptus ẽ filius:/ qd durũ qdẽ sed tolerabile Ille.n. q dederat de tenebris ad lucez sub stulit: ubi uitæ spatiũ breuis æterna meõria cõpensabit. Quid fles:qd optas igit?Eo iuit/quo oĩa eũt:nihil ei no ui ẽ: Ad hãc legẽ natus erat: Id maioribus suis id oĩbus añ ipsuz euenit:oĩbusq; futuris eueĩet: Mors.n. p oĩa it: Et q occidit cõseqt occisũ.Resurgere tñ credimus nos & plãgimus.qd ageremus si mori tm̃modo pciperet de us?Quod dederat abstulit:q creauerat. nihil ergo abstu lit tuuz:q dignatus ẽ recipe ppriuz.Detestãdæ icciro iã lachrĩæ:q modo carẽt.q mũdus iste ꝓmittit uitã & gau diũ:qetez:honorẽ:s donat mortẽ/mærorẽ/turbatõez/di scordiã/metũ/ĩfirmitatẽ/risuz cũ fletu:duꝝ laborẽ/incer tã lætitiã:nõ est itaq; mũdus iste diligẽdus.In quo Adã p gulã:Loth p ebrietatẽ: Salomon p luxuriã corruit. Nec tñ ꝓhibeo lachrĩas naturales: qs nãlis necitas exprimit: sed aĩus sapiẽtis & nobilis studet:ut luctus uincat ab aĩo Itaq; nõ affligit sapiẽs liberoꝝ amissiõe/ nõ aicoꝝ: eo dẽ.n. pectorẽ fert illoꝝ mortẽ:quo suã expectat. Mortu us ẽ iuuenis & robustus/oĩq; laude dignissimus.Qui er go se star putat:uigilet:attendat:uideatq; ne cadat. Dixi.

Virga

Mors

Mundi mala

Sapiens

¶In Funere Clarissimi medici:ubi aliq de morboꝝ cau sis.De regno cælesti.De ieiunio.De tolerantia.De sapiẽ tia.De superbia.De lugendo mortuo.Tit.xv.

ET si defũcti amici desiderio Ciues amplissimi Ita premor: Vt aliorum consolatione magis uidear indigere: q̃ meam alicui posse pstare: Tamen pro uiribus enitar: In eius Laudem Aliqua e multis afferre. Mira enim in Celso Pruden/ tia/ Ardens Ingenium/ Culta Facundia/ Liberalium

Artium ferme omnium Caterua/ salutaris Medicinæ peritia inerat. Siquidem senescebat quotidie aliquid edi scens: itaq; disputabat subtiliter/grauiter/ornate/frequenter. Ingeniiq; magnitudine multarumq; rerum cognitione morborum causas deprehendebat. An scilicet fatigatio morbum/an sitis/an frigus/an calor/an uigilia/an fames fecerit: An cibi uiniq; abundantia: an intemperantia libidinis. Quid secundam: quid aduersam ualitudinē faceret optime callebat. Neq; eniʒ quis scire Potest/quo modo morbos curare cōuenit: qui unde ii sint ignoret. Ille igitur Recte curauerit: Quem prima Origo causæ non fefellerit: & cui notum fuerit: Quid morbum faciat: quid tollat: Ideoq; diuinitate quadam ingenii/ & solerti medendi peritia alter Hippocrates seculi sui est habitus. Verum libentissime & dicebat & audiebat: Admonensq; secrete amicos/palam probabat: Amabatur inde a cunctis plurimum. Nec uulgi tantum fauorem/uerum etiam principuʒ familiaritates amplexus est: q; nulla pusilla domus/quæ multos recipit amicos. Eius ī manibus sæpe diuina lectio/crebræq; orationes: ad oblectamentum enim & animæ institutionem statutis horis sacram scripturam legebat. Hinc ei proprium semper fuit illud/ nihil cupere/nihil amare/nihil deniq; speciosum habere q̄ Innocentiam/ q̄ Pietatem/ q̄ Cælestium ardorem. Idcirco Esurientibus Cibuʒ/ Sitientibus Potum/Nudis uestem contribuit. Nam Beatus qui intelligit super egenuʒ & pauperem/ut Psalmus cantat. Ardentissimo idem studio ægrotos corpore & mente curabat/ singulis illa dicens/ Sanus es! Gratias age Creatori: Langues! Et in hoc lauda Domini uoluntatem: Nam uirtus in Infirmitate perficitur: Homoq; aduersis examinatur: Eiusdem rerum Doctrina uaria/ medendiq; peritia expertissima (nam primus erat inter primos) Ducti clarissimi Ciues & alienaruʒ Vrbium Proceres/ ut Aegroti Corporis & Animi salutem recuperarent confestim ad ipsius opem confugiebant. Ipse uero promptissimus unumquenq;

Morboruʒ cā

Medicus optimus

Amici

Pius

Aeger

adibat. Nam qui succurrere perituro potest, quuꝫ nō suc currit occidit. Adeoq; Diligens erat: Vt priusq̄ conaretur ægro adhibere medicinam, Non solum morbum eius, cui mederi uellet, Sed etiam consuetudinem ualentis & naturam corporis cognoscebat. Caducos honores & Mundi gloriam spernens, Vigiliis, Ieiuniis, Orationibus uacabat: ꝙ ad Regna Cælorum non ducit nos mundi gloria, non diuitiarum multitudo, non generis nobilitas, non scientia, non sapientia, non uerborum facundia, sed sola gratia Christi, & uirtus & opera. Vxore Vino & Carne Ieiunii tempore semper abstinuit: Castitas enim truncat Libidinem: Quæ in Medico potissima uirtus. Ieiuniumq; est res sancta, Opus cæleste, Ianua regni futuri: quod bene custodiens, Deo coniungitur quia spiritalis efficitur: Per ieiunium nanq; uitia prosternuntur: Virtutes augentur: Humiliatur caro: Dæmonum uirtus superatur. Familiarium rerum iactura, quam sæpe fecit: ꝙ Fortuna obesse nulli contenta est semel: ferme nihil dolebat. Rectus enim atq; integer animus corrigit praua Fortunæ: Et dura atq; aspera, ferendi scientia mollit: Solatium nanq; est, æquo animo perdere, quod periturum est: Superuacuum uero dolere, si nihil dolendo proficias. Dicebatq; nihil propriuꝫ esse: quod mutari possit: Et Auarum damno potius dolere q̄ Sapientem: ꝙ Sapientia diuinarum humanarumq; rerum in stiturio est. Itaq; procul ab eo fuit Auaritia quælibet & Superbia uirtutum Nouerca, Vitiorum mater, Erroruꝫ magistra. Obiit tandem uir & arte & facundia insignis: Aegrotantium salus: periclitantium portus & aura: Famæ præconia, maximamq; autoritatem naturæ benignitate, incredibili studio, summaq; uigilantia adeptus. Heu nos infelices, qui tanto præsidio priuati sumus: Sed cur dolemus mortuum quenq̄: Cum ad hoc nati simus, Vt morte media maneamus æterni! Moses, Petrus, Ioannes, Paulus electionis uas, Et super omnia filius dei moritur: Et nos indignamur aliquem exire de corpore qui

Succurrens
Regna cælorum
Ieiunium
Fortuna
Tolerantia
Dolere
Sapientia
Superbia
Morte non dolendum

Lugendus

propterea forsitan de media iniquitate raptus est: ne malitia eius intellectum mutaret. Lugeatur mortuus: sed ille quem tartarus deuorat: in cuius pœnam æternus ignis æstuat. Nos uero, quorum exitum angelorũ turba comitatur: quibus obuiam Christus occurrit: grauemur magis si diutius in tabernaculo isto mortis habitemus: quia q̃diu hic moramur: peregrinamur a domino. Non mæreamus igitur, Quia talem amisimus: Verum Gratias Deo agamus, quia habuimus: immo habemus. Deo enĩ uiuunt omnia: apud quem pro caducis & breuibus æterna succedunt. Ex hac turba & colluuione, (quid enĩ habet uita commodi, quid non potius laboris?) Migrauit Celsus: Vt in illud diuinum animorum concilium, cœtumq; proficisceretur. Vbi non est peccatum, non seditio, nõ bella: sed uirtus, pax, quies, tranquillitas sempiterna. Dixi. Reliquum est & c.

Vita

¶In Funere Strenui militis: ubi aliqua de militiæ laudibus. De uirtute militis. De humilitate. De lingua dolosa. De labore. De mundo. Titulo. xvi:

Doleo Equidem meo: Doleo etiam Publico dãno uiri sapientissimi: Obuersatur enim oculis strenuissimus Hector: armorũ exercitio, castrorũ disciplina, usu militiæ clarus: uirtute corporis, morũ honestate præcipuus. quẽ nemo puocare, nemo audebat offendere. Nã solis & imbris patiẽs strenuus bellator euaserat: Cõstãtiaq; & pugnãdi fiducia in eo erat: q̃ scĩa rei bellicæ dimicandi nutrit audaciã, quã ipse a pueris didicit. Ideoq; missilia destinato ictu & magnis uiribus iaciebat: Tractare scutũ, & obliquis ictibus uenĩetia tela deflecterẽ, plagã prudẽter uitare, audacter inferre callebat: Nec tñ corpe sed aĩo pstantissimus: q̃ uelox & robustus: Qua de re cũ alacribus saltu: cũ uelocibus cursu, cũ ualidis uecte certabat. Nec solum a dextris sed a sinistris ẽt Equorum partibus & insilire: & desilire

Milid necia

Idē solebat. Doleo inq̄ uiri sapientissimi Hectoris for- Militiæ bona
tissimi obitu: q̄ omnia quæ sunt in imperio & statu ciui
tatis: ab his defendi & firmari putantur: qui militari lau-
de antecellunt. Hac re fortitudinem maxime honore ꝓ
sequuntur resp. quia semper uel ipsæ bellum aliis inferūt
uel ab aliis sibi illatum patiuntur. Hæc autem Militaris
disciplinæ uirtus præcipuum olim decus & stabilimen-
tum Romani imperii: in cuius sinu ac tutela serenus trā
quillusq; beatæ pacis status acquiescit: Hæc uirtus peruti
lis est in utranq; partem. Quid ergo tam necessarium
q̄ tenere semper arma: quibus uel tectus ipse esse possis Arma
uel prouocare improbos: uel te ulcisci lacessitus? Recte
igitur rei militaris uirtus præstat cæteris omnibus: Hæc Militia
enim nomen ꝑpuli ro. Hæc urbi æternam gloriam pe
perit. Hæc orbem terrarum parere ro. imperio coegit.
Omnes urbanæ res, omnia ꝑclara studia in tutela ac ꝑsi
dio Bellicæ Virtutis latent. Itaq; nihil est neq; firmius, Miles
neq; felicius, neq; laudabilius reip. q̄ in ea abundare mi-
lites eruditos. Non enim uestium nitor, uel argenti, uel
auri, gemmarumue copia, hostes aut ad reuerentiaʒ no-
stram, aut ad gratiam inclinant: sed solo terrore subigun
tur armorum. Constat autem utilius erudire armis suos
q̄ alienos mercede conducere. Nam plurimū fide, in pa
triam, plurimum charitate ꝑstant. Qualis semp strenuis-
simus Hector extitit. qui ꝓ implicanda & tuenda patria
plurimum laboris ac periculi substinebat: deforme sibi
existimans, quos dignitate ꝑstaret: ab iis uirtute superari
Idem primus in hostes impetum faciebat: uel solus præ Militis uirtus
currere paratus. Alacri animo suos ad ꝑlium cohortaba
tur. Excellenti uirtute hostium audacissimū quenq;, distri
cto gladio modo Vmbonis impulsu: modo Mucronis
ictu depellebat. Eoq; robore animi atq; corporis uteba
tur: Vt Maiorem Victoriæ Partem Trahere uidere-
tur. Et sæpe Vndiq; Hostili pedite Circundatus: Con-
stanti Animo Accerrime Pugnans Euasit. Multis q;

/

hoſtium interemptis/multis ciuium ſeruatis/infatigabi-
li pugna hoſtem ſubſtinens/eius beneficio ſæpe effectū
eſt/ut hoſtes fugarentur. Vnus itaq; tot Ciuium tot Ho
ſtium/in ſe oculos conuertebat. In quo tantus Animi ui
gor fuit: Vt cum paucis Equitibus hoſtes ſæpe inuade-
ret: Armiſq; exueret: Primuſq; hominum caſtra inuade-
ret/crebras uictorias conſequens: q; acer conſilio/manu
ſtrenuus/ charus principibus/ uulgo militum acceptior.
Sed mundi Militiæ aſtrictus/ut fortiter/ſic id munus in-
noxie tractabat: Præcauens maxime quod ipſe non pec
Lucrum cabat: Ne ſuorum quiſq̄ peccaret. Quid enim prodeſt
homini ſi totum mundum lucretur: & Animæ ſuæ dam
num patiat. Erat igitur ei ſumma ab iniuriis hominum
Parcendum continentia: q; nulli magis parcendum q̄ homini: Sum-
ma in deum Pietas atq; Religio præfulgebat. Strenuus
erat in Militia: Strenuiſſimus in opere domini/ Fortius
Vita futura deo militans. Futuræ enī uitæ gloria/ præſentis uitæ in
commodis comparatur: Et nemo Athleta ſine ſudori-
Sudor bus coronabitur. Caſtus erat/Benignus/Modeſtus/ Mi-
Humilitas ſericors/Humilis: Nam Chriſtus ait: Diſcite a me/quia
mitis ſum & humilis corde. Et ut ſolis iubar ſtellaꝝ par
uos igniculos obruit & obſcurat: ita cunctorum uirtutes
& potentias humilitas ſuperat. Hinc patiendo iniurias
furoreꝫ rabidi pectoris dei amore mitigabat. Idem par-
uo contentus parco uictu utebatur/ & ruſtico: occurre-
batq; amicorum paupertati pro facultate. Dominicis di
ebus orationi uacabat & lectioni: Diuinas ſcripturas ſæ
pe legens. Quotquot diebus Sacras Aedes petebat: ubi
fletibus peccatorum ſordes lauabat: quo priſtinum inno
centiæ gradum reciperet. Seditionum motus compeſ-
Lingua doloſa cens doloſam linguam acriter arguebat: Illa enim ſemi-
nat inter Fratres diſcordias: Lites ſuſcitat: Furores inci-
tat: conuentus turbat. Idem ut ſemper eum aduerſarius
Exercitium inueniret occupatum/aliqd operis faciebat: ſarriebat hu
mum: Areolas ſeminibus Holerum æquas limite diuide
bat. Inſerebat ſteriles Arbores: uel gēmis/uel ſurculis; ut

paruo post tempore dulcia poma decerperet. Idq; non tam ppter uictum,q̃ propter animæ salutem: & corporis sanitatem. Ignauia enim corpus hebetat: labor honestus confirmat. Et ne uagaretur perniciosis cogitationibus: sed ut nihil aliud cogitaret: nisi quod ad dei seruitutem pertineret. Sudore enim & labore nimio ad hubertatem fructuum peruenimus. Solaq; apud deum libertas est, non seruire peccatis: Summa apud deum est nobilitas: clarum esse uirtutibus. Itaq; Militiæ suæ finis erit regnum nõ terræ & temporis: sed æternitatis & cæli. Cui enim rectius nostrã uitam impendimus: q̃ illi a quo eã accæpimus? & cui eam usq; ad finem debemus? qui ipsius beneficio minimus? Igitur nec affectum: nec patriam nec honores: nec diuitias deo præferre debemus. quia scriptũ est. Præterit huius mundi figura: & qui hunc mũdum dilexerunt: cum mundo peribunt. Illi ergo militemus: qui militantibus sibi gloriam uitæ æternæ, honorẽ regni cælestis, diuitias hæreditatis suæ, & diuinæ cognitionis cõsortium peremne largitur: Nam nemo totius terræ dominus: Christus aũt totius mũdi rex est: Hectoris ergo anima illi uiuet. Ego uero fleo, quod accidit: sed quia sic domino placuit: æquo animo tolerandum: Cum etiam ipse hector illa dicere possit: Præsentis uitæ labores euasi: tu lachrymas fundis: quasi nescias quid in te ipso quottidie patieris. Si me diligeres: gauderes utiq; quoniam apud deum requies mea. Dixi. Reliquum est & c̃.

Ignauia

Labor

Nobilitas

Mundus

¶ In Funere Causidici: Vbi aliq̃ de simplicitate. De mansuetudine. De diuitiis. De oratione. De confessione. De Iustitia. Titulo xvii.



INgenti Mærore afficior Optimi patres, Catonis iniquo funere: Quid enim aut illo felicius amico: aut sodale iucũdius? Cui mira ĩ sermone, mira ẽt in ore ipõ, uultuq; suauitas? Cui ẽt ingenium dulce, facile, eruditum in causis agendis. Agebat siquidem causas acriter

et ardenter/nec minus polite & ornate/ siue meditata siue subita proferrīt·Proximos tanq̄ se diligebat:Alienos
Quæ fugiēda & inimicos nullo proseq̄batur odio/sed amore·Si enim odio atq; inuidia possidemur:si cupiditati & auaritiæ credimus:si p̄ntia cōmoda futuris p̄ferimus:si iracundiā libidinemq; implere uolumus:si iniuriam uindicare:si maledicenti maledicimus: & aduersu; inimicū inimico animo sumus:beatoꝝ sedē nullo pacto adibimus/ sed mærentium & afflictorum·Defendebat igitur honorabatq;
Viduæ ueræ pupillos & uiduas:quæ ueræ sunt uiduæ:Hoc est quæ oī suorum auxilio sunt destitutæ:quæ manibus suis laborare non possunt:quas paupertas debilitat:ætasq; conficit: q̄bus deus spes est:& omne opus oratio·Nam bona cō
Misericordia parat præsidia misericordia:habetq; in aduersis auxilia:q cōmodat in secundis·Erat idem non studioꝝ tm̄/ueruȝ etiā studiosorum amantissimus·Simplex & humilis:Ni
Simplicitas hil enim sic deo placet :uti simplicitas & īnocentia·Vnde sanctus spiritus in uolatilibus non apparuit nisi in columba propter simplicitatem:Et quadrupedibus in oue/
Mansuetudo propter mansuetudinem· Mansuetudo nanq; nulla passione turbatur:ira & furore non rumpitur: quam qui habuerit/beatitudinem consequetur· Superbis autem resistit deus:Humilibus uero dat gratiam·Auaritiæ malum omnino uitabat:nō quo aliena nō appeteret: hoc enim & publicæ leges puniunt:sed quo sua/quæ sibi erant aliena/non seruaret·Temporalibus enȝ æterna sunt præparanda:Caducis stabilia:sollicitis securiora:periculosis libera·Qui autem uolunt diuites fieri in laqueum satanis
Diues & desideria multa incidunt. Vnde diuitem purpuratum
Lazarus tartari flamma suscæpit: Lazarus pauper & plenus hulceribus:cuius carnes putridas lambebant canes:in beatorum sede recipitur·Et difficile/immo impossibile est/ ut p̄ntibus quis/ & futuris fruatur bonis: ut & hic uentrem & ibi mentem impleat: Vt de delitiis transeat ad delitias:Vt in utroq; seculo primus sit:Vt in cælo/ & in terra appareat gloriosus·Vanæ gloriæ idē ardore nullo capie

batur: quoniam spiritale gaudium non comparat diuitiarũ copia: Non fallax mundi gloria/non prolis fœcũditas/non corporis sanitas sed tantum conscientiæ puritas. Orabat assidue lachrymas fundens: nam lugentes in hac uita/gaudebunt in æterna: Et dei seruis maxime necessaria est oratio: per quã deus placatur: per quam deus ad nos inclinatur: per quam dei ira/ & furor quiescit. per orationem saluus effectus est paulus/& doctor gentium/& prædicator orbis terræ. per lachrymas enim & orationes æterna merces acquiritur: & bonorum oratio locutio est ad deum. Nec in oratione tantum locus requiritur/q̃tum sensus: In omni igitur loco orari potest & debet: qa deus ubiq̧ est: ubiq̧ nos exaudire dignatur. Oratio enim columna est sanctarũ uirtutum: uiduarum maritus: angelorum cognata: fidei fundamentum. beatus q eam diligit: beatior qui frequẽtat: Nam sic dignus efficitur dei gratia. Sed quia cuȝ peccato nascimur: omnes in peccatis demergimur: ideo opus est/deo scelera cuncta confiteri: non ꝙ ignoret peccata nostra: sed ut dæmon audiat: quoniam confitemur: & pœnitet nos peccasse. quibus confessis cum Dolore & Lachrymis/ non habet amplius unde nos incuset. Vult ergo Dæmon ut taceamus: Deus uero ut confiteamur. Hinc ait: Conuertimini ad me in toto corde uestro/ in ieiunio/fletu/ & plantu. In corde enim est fons pœnitentiæ: fletus ad oculos: plantus ad os: Ieiunium ad totum corpus refertur. Discutienda igitur mens: prospicienda singula: cordis secreta consideranda: anteq̃ ad confessionem eatur. Cor nanq̧ peccauit mala appetendo: Oculus uanitatem uidendo: Os falsitatem dicendo: Auris mendacia audiendo: Manus uerbera & homicidia perpetrando: & si non opere saltem uoluntate: Pedes etiam ueloces ad maluȝ. Primo Igitur Cor: Quod Mala Cogitauit & Concupiuit/ Pœniteat/ & Doleat. Oculus Fleat. Os sine intermissione oret. Aures audiant Verbuȝ dei. Cælestiũq̧ ꝓcones

Spiritale gaudium

Orõnis bona

Oratiõ

Confessiõ necessaria

Confessiõ ad deum

Cõfessio q̃lis

Membra peccantia

dei. Manus elemosynam porrigant: Peregrinos suscipiant: Infirmos foueant: Nudos induant. Pedes martyruꝫ templa adeant: Genua flectantur: & loborent. Sed quid ego hæc doctissimis? Vir autem industrius atq; disertus Cato Noster ea Omnia Christi Amore exequebatur: quoniam uere sciebat se dei gratia natuꝫ. Qui nos ideo generauit: ut ei seruiamus. Seruire autem deo/ nihil est aliud/q̃ bonis operibus tueri & cõseruare iustitiam. Cuius quidem primum officium est/coniungi cum deo: Secundum cum homine: quia homo dei simulacrum est. Sed illud primũ Religio dicitur. hoc secundum misericordia uel humanitas nominatur. Quæ uirtus propric est iustorum & cultorum dei: ꝙ ea sola uitæ communis continet rationeꝫ. Itaq; mortuus est honeste/ prudenter fortiter: ut Christi gratiam assequeretur: In quo salus/uita/& resurrectio nostra consistit. Qui quottidie morimur: quottidie cõmutamur: & tamen æternos esse nos credimus. Sed quis est/ ut ille inquit/tam stultus: q̃uis sit adolescens: cui sit exploratum/se ad uesperum esse uicturum? Dixi. Reliquum est & c̃.

Cur nati
Seruire deo
Iustitia
Misericordia

¶In Funere Gellii Publici Magistratus: Vbi aliqua De magistratu. De beneficio. De dignitate. De pace. De ieiunio. De Misericordia. De Pœnitẽtia. De Fide/ Spe/ Charitate. Titulo octauo.



On pôssum uerbis exprimere: quantũ animo uulnus acceperim ciues inclyti: quum audiui Gellium eruditũ & sapientem obiisse. Qui ualde idoneus reip. nostræ/ Omnibus per omnia placebat: Qui non quærens quod sibi/sed quod multis utile esset/priuatas facultates neglexit publicas q̃ amplissimas esse cupiens: quia locupletem illum faciebat/non multa possidere/ sed modica desiderare. Et de publico ministerio nihil cuiq; ꝑter laudem bene administrati officii accedere debet. Bene

Magistratus

faciebat omnibus: quod dare beneficium est imitari deum. deus enim semper largitur: semperque daturus est. Diu deliberabat/quicquid pro rep. statuendum semel erat. Nil audiebat/qd audiuisse/nihil dicebat/qd dixisse poeniteret. Turpi enim uerbo libidinosus animus ostenditur: & per exteriorem hominem/interioris hominis uita demonstratur. Nec tantum linguam a turpi uerbo/ manus a lucro/ sed etiam Oculos a libidinoso aspectu continebat. quoniam ea domus/ea ciuitas/id regnum æterno in gradu facile steterit: ubi minimũ uirium ueneris pecuniæque cupido sibi uendicauerit. habebat ergo tam auersum animum ab omni uenere q̃ a lucro. Vnde & usum ueneris intra coniugis charitatem clausum tenuit. Erat igitur in eo castitas/iustitia/grauitas/pudicitia: Erat suauis/ & mitis in charitate perfecta: quo se ipsum bonorum operum cæteris præberet exemplum. Accedebatque magistratui maximo ornamento: quoniam clarus honor uilescit in turba: & apud uiros bonos indignior fit ipsa Dignitas: quam multi indigni possident. Virtutum denique operatione clarus/ seditiones/rixas/ & scandala mitigabat: Vt pacem cum omnibus in urbe seruaret. Nam pax est malorum præsidium: Pax inopem diuitem facit: Pax ditior uniuersis/Pax homines dei filios efficit. Sine pace reges non regunt. Sine pace regna non ualent. Sine pace Ieiunia/orationes/elemosynæ/ cæteraque bona/nobis prodesse nõ possunt. Omnes ergo in mansuetudine & charitate spiritus amplectebatur. Et quod alieni abstinentissimus erat/Ita uiuebat/ut sua tantum possessione contentus/ res non inuideret alienas: Non agrum pauperi/ non uineam tolleret. Nec tolli permitteret: quia non solum qui faciũt indecentia/sed & qui facientibus consentiunt/digni sunt morte. Cumque plurimũ sciret Die quoque tamen aliquid ediscebat: Ita enim senescere oportet uirum: qui totum se reip. optulit: Vnde scriptum est illud: Melior est puer pauper & sapiens/q̃ rex stultus & senex. Itaque nec laude surgebat/nec uituperatione frangebatur. Non in diuitiis

Beneficium
Sermo turpis
Venus
Auaritia
Dignitas
Pax
Peccato consentiens

tumebat:non contrahebatur paupertate. Læta contemnens & tristia: Nam iusti & fortis uiri est, nec in aduersis frangi, nec prosperis tolli: sed in utroq; esse moderatu3. Quottidie reminiscens se esse moriturum: pñtia contenebat, ad futura festinans: Deq; his tantum ei sollicitudo inerat: quæ secum transferre deberet. Qui autẽ se semp uicturos putant pessime qdem uiuunt, præsentia solu3 in

Cibus

spicientes. Tantum uero cibi & potionis sumebat: quo reficerentur uires: non aũt quo corpus, aut animi libertas prægrauaretur: Romuli memor: qui ad cœnã uocatus: ibi nõ multum bibit: quia postridie negocium haberet.

Ieiunium

Oratio

Ieiunabat sæpissime: q; Ieiunio passiones corporis Oratione pestes sanandæ sunt mentis. Ideoq; per ieiunium nobis ostendit̃ redire posse in paradisi delitias: Vñ per gulam eiecti fuimus. Nam ieiuniũ curat uulnera delinquentis, curataq; sanctificat. Et quia non legis auditores uerum executores iusti sunt apud deum: Icctreo statuta & leges seruabat omnibus: nulli parcens: licet æquitate potius q̃ iustitia uteretur.

Pastor

Nam in Pastore misericordia simul & iustitia esse debent. Grandis uero in suos pietas, impietas in deum est. Quem cupiens, ut sui misereret: ipse proximo miserebatur.

Misericordia

Est enim misericordia salutis p̃sidium, fidei ornamentum, peccatorꝝ propitiatio, malos ad bonum perducens. Dabat itaq; elemosynas, iuste, sancte, & pie uiuens: q; dominus mutata hominis

Hominis uita mutata

uita, mutat sententiam: bene operantibus gloriam, male uero æterna supplicia promittens. Ideoq; scelerꝝ pœnitebat assidue: q; Pœnitentia medicamentu3 est uulneris:

Pœnitentia

spes salutis: p quã peccatores saluantur: p quã deus ad misericordiam inclinatur. Quem qdem coli & diligi toto pectore decet: Ad quod agendum opus est Fide, Spe, Charitate: Nam Fides est ut Apostolus inqt: substantia

Fides

sperandarum reꝝ: quas non uidemus: quas credere & spare necesse est, quæ deus iussit: Fide3 Spes sequtur: quæ

Spes

Charitas

expectatio est rerum oĩm futuraꝝ: qua certe saluamur, Paulo scribente, Spe enim saluati sumus. Charitas aute3

dilectio est & amor in deum/ per se & in proximuꝫ dei gratia. Charitate ergo deus sup omnia toto corde amari debet:ut cogitatio omnis & uita nostra in deum ipm dirigantur: a quo uti a fonte huberrimo bona cuncta emanant. Quæ quidem omnia uti clarissimus Gellius & nos seruare debemus: quoniaꝫ ait dominus: Omnis qui credit in me/licet moriatur/uiuit: Est enim præter hanc uitam/uita alia beatoruꝫ: Vt præter hanc mortem mors alia impiorum. Dixi. Reliquum est & c̄. Deus

¶In Funere eximii Iurisconsulti: Vbi aliqua de uirtute Iureconsulto necessaria. De patientia sapientis. De iusti tia & æquitate. De impietate quorundam. De diuitiaruꝫ malo. De pauptatis & misericordiæ bono. De prauis co gitationibus. De libidine insatiabili. De obtrectationibus non audiendis. De maloꝝ tolerantia. De recto uitæ itinere. De pœnitentia qd sit. De mortuo nō flendo. de morte qd sit. de uere uiuis. de mortuis lugendis. Tit. xix.

Titius patriæ ornamentū/ seu dignitate seu moribus censeret: Natus splendide/& opulentus: rectissimus iudex: fortissimus ad uocatus: fidelissimus amicus uiri egregii: Crudeli & dura morte(nam & fratres/ & charissima inter se noīa diuidit)hoīeꝫ exuit. Cuius sane doctrīam & Italia/& cæteræ gētes mirabanť: Tantū in illo industriæ/tm̄ pbitatis/ingenii/studii meōriæ eruditi onis Pōtificii Ciuilisq; Iuris erat. Qui iustitiæ cultor/rei publicæ amator: nō odio/ non amore/ non pretio/ nec pcibus/nō timoř corrumpi poterat. ꝙ plus deū q̄ hoīes/ plus dei honorē q̄ loculos pecunia graues diligebat. Ita ꝙ auaritiā fugiēs/summā iustitiæ inimicā/ largitatē et ultra modū sectabať. Clæmētiæq; studiosus/ seuitiæ detestator/benignus oībus: in psperis hūilis & cautus: in aduersis cōstans atq; magnaīmus erat. In quo.n sapiens ac bonus uir a malis & insipiētibus differt: nisi ꝙ hēt inuictam patientiam: Qua stulti carent: nisi ꝙ Regere se: ac Sapiens Patientia

mitigare iram suam nouit: quam illi, quia uirtute indiget frænare nō possunt. Summa igitur uirtus habenda Patientia est: quæ una omnibus est opposita uitiis, & affectibus: una perturbatum animū ac fluctuantem ad tranquillitatem suam reuocat: una mitigat: una hominē sibi reddit. Et quia Bonis nocet, qui parcit Malis: Et iudex ipse damnatur: quum reus absoluitur: Nunq̄ acceptis muneribus (ut multi solent) damnabat insontē, reum liberās.

Iustitia quem punire non est crudelitas, sed iustitia. quæ sancta & laudabilis est: per eam siqdem Prudentia regnat: securitas & dignitas florent. Verum quandoq; laxanda est, propter multorum scandala: quandoq; exagitanda, ut sit

Mundus reliquorum cautio. ꝓ mundus iste plenus est confusione erroribus, iniqtatibus, & ueneno malitiæ. Præstabat aūt amicis fidem, omnibus æquitatem. ꝓ summa iustitia sūmum patibulum. Et nihil erat aīo eius clæmentius: Itaq;

Impii pro feris immanibus habebat illos: qui hominibus nocent: qui contra ius humanitatis & fas omne, spoliant, cruciant, occidunt. Imitabaturq; saluatorē suum: qui mitis & humilis pastor, agnus & aries appellatur. Nec defuit unquam ipsi misericordia in egenos: libenter enim il-

Diuitiæ lis necessaria suggerebat: Ne diues in hoc sæculo mala plurima sibi acquireret: nam fluxu rerū, & hubertate copiaꝝ animus soluitur: mentis uigor infringitur, corporis uirtus eneruatur. Comes enim diuitiaꝝ superbia & luxu

Paupertas ria est. At in paupertate non lasciua conuiuia, non turpes potationes, omnia sobria, oīa rigida, humilia omnia. Idem ad iram tardus, ad misericordiam pronus, priuati iuris & publici peritissimus, multos aduocatōe, plures consilio adiuuabat. Non enim meremur in periculo liberari, si non succurrimus: Nec meremur auxilium, si

Misericordia negamus. ꝓ magna est Misericordiæ merces: cui Deus pollicetur peccata se omnia remissurum. Nam si audieris inquit præces supplicis tui, audiam & ego tuas. Si misertus laborantium fueris, & ego in tuo labore miserebor. Si autem non respexeris nec adiuueris: Et ego ani-

mum tuum contra te geram: tuisq; te legibus iudicabo. Prauas cogitationes (est enim pene supra humanū modum, ne in cogitatione quidem non admittere, quod sit uel facto malum, uel dictu improbuȝ) crescere non sinebat: q illle laudatur, ille ꝑdicatur beatus: qui statim quum cœperit cogitare, opprimit cogitatus: præsertim libidinis: quæ nunq̄ satiatur: & extincta reaccenditur: usu crescit: nec rationi paret: q impetu ducitur: inde uiro luxurioso uerbum castitatis offensio est. Obtrectatorum uerbis temerario assensu minime inhærēbat: q nihil tam inquietat animum, nihil est, q ita mobilem mentem ac leuem faciat: q̄ facile cuncta credere. Hinc enim Crebræ Discordiæ: Hinc odia iniusta nascuntur. Id est quod sæpe de Amicis etiam Inimicos facit. At contra magna quies animi, magnaq; est morum grauitas, non temere de quoq̄ sinistri quid audire: Maiusq; est linguā compescere: q̄ urbem capere. ℂAmara & grauia cuncta patienter ferebat: q deus præmia pro laboribus æterna con stituit. Et ad bonum, quod summum & sublime est, nisi cum summa Difficultate & labore, non potest quis peruenire. ℂQuisquis ergo rectum uitæ iter tenere nititur Non terram debet aspicere, sed Cælum. Non his terrestribus simulacris, sed Deo seruire cælesti: Non ad corpus referre omnia, sed ad mentem: Non huic uitæ dare Operam, Sed Aeternæ. Vt Noster Titius: qui omnem rationem, & curam, & laborem, & diligentiam adhibebat, in seruandis magni dei præceptis: In ieiuniis, orationibus, elemosynisq; agēdis: In confessione & pœnitentia exequendis: Quæ quidem est ante acta deflere: & flenda iterum nōn cōmittere. ℂSed q̄nam gratia dic quæso mortuum defles: Num q malus fuerit? ꝑpter hoc igiẽ grās te deo agere oportet, q inhibitus sit a malitia. Sed nūqd bonus erat & mansuetus? Et in hoc quoq; grã hēnda est: q raptus sit e uita, priusq̄ in malitiā uerterẽ. Morsq; ipsa est oīum periculoꝝ euasio: debita naturæ solutio: reditus in patriā: & ingressus ad gloriaȝ. Hi ergo

Cogitationes
Libido
Obtrectatões
Tolerantia
Iter rectum
Pœnitentia
Non flendum
Mors quid

Viui quinam uiuunt: qui corpoꝝ uinculis/ tanq̃ e carcere euolauerũt: Nostra uero quæ dicitur uita/ mors est: Nam ex quo lap

Vitæ mala sus est Adam/ nõ fuerũt nisi dies mali: Vnde puer a ploratu incipit: lachrymæ eniꝫ testes sunt doloꝝ/ & miseriæ huius uitæ: Dies aũt mortis terminat hunc dolorẽ/ dans suauitatem illis uidelicet qui & pfecti & purgati hinc ex

Quæ fugiẽda eunt: cum deo enim habitant. Qui uero in peccatis moriunt/ ii deflendi/ ii dolore & lachrymis ꝓsequẽdi sunt: alii minime: quia angelis & martyribus sctisq; oĩbus (ut iam Titio accidit) associantur. Dixi. Reliquum est & c.

¶In Funere optimi prætoris: ubi aliq̃ de uirtutibus prætori necessariis. De iustitiæ commodis. De his/ qui urbibus pesse debent. De iudicandi celeritate fugienda. De uitandis muneribus. De supbiæ malo/ hũilitatisq; bono. De pace. De diuitum iniquitate. De obedientiæ bono. De tribus Virtutis gradibus. De Mortis impietate. De Animæ immortalitate. De morte cuinam bona sit/ uel mala. Titulo Vicesimo.



Rdua mihi dicendi prouincia data est inclyti ciues/ ad honestandũ Marcelli prætoris optimi funus: Non eniꝫ tali facũdia suꝫ ut grauissimi uiri meritis ac officiis digna efferre possiꝫ: Et dolor intimus officiosissi

Prætoris uirtutes mi disertissimiq; prætoris obitu pcordia opprimit. Naꝫ succurrit/ quãta in eo prudẽtia/ iustitia/ tempantia/ fortitudo: qbus nil ptiosius/ nil ornatius inueniri põt. Ideoq; de erat ei stultitia/ iniqtas/ luxuria/ formido: q̃ uitia quattuor

Iustitiæ commoda illis uirtutibus sunt contraria. ¶Iustitiã uero diligebat: q; illa est singulaꝝ reꝝ/ & psonaꝝ æqssima distributio: quã qs optinẽs/ & cui adhærẽs/ uitã suã disposite & sine molestia degit. Custodit in oĩbus æqtateꝫ: scit qd deo debeat: qd sctis & æqlibus reddat: qd sibi retineat: qd ꝓximo cõpetat: aut cõgruit. Hæc aũt sine prudẽtia mors est/ & bonoꝝ psecutõ: hæc sine mĩa gladius ẽ in manu tyrãni.

Itaq nō puer, non demēs urbi præesse debet: sed ānosus, prudens, castus, sobrius: Quodqdē Romanū imperium facile indicat: nā pacifice tam diu pseuerauit: q̄ diu sapientibus regi pmissum. At ubi iuuenes & ignaui prouincias adierunt, amissum est penitus. Iuuenes ergo sine prudentia, duces ul' ecclesiarum pastores minime constituendi sunt: ne & ipsi cum populo pereant: Tales enim si præsunt: non solum præterita & futura non cogitant: sed etiam audire quod bonum sit dedignantur ¶ Præterea, φ in iudicando criminosa est celeritas: Et ad pœnitendum properat, q cito iudicat: priusq̄ audiret Marcellus prætor neminem iudicabat: quia non statim, qui accusatur reus est: sed qui conuincitur criminosus. ¶ In puersos iura iustitiæ excercebat audacter, quia malorum numerus super arenam Maris multiplicatus est passim: Timoremq dei habens (nam initium sapientiæ timor domini) Diuitum Munera & Obsequia nō quærebat: φ munera ipsa, ut scriptum est, iudicis oculos occæcant Vnde & Lex quoq illa accipi uetat. ¶ Nec pluris apud eum erat Matrona Nobilis & diues, q̄ pauper & mendica, aut Vidua omni auxilio destituta. Nullaq tumidus superbia cæteros Homines obducta fronte non contempsit: sed cunctis Amabilis Benignus & Humilis erat: sciens ubi Superbia fuerit, ibi discordiam & contumeliam dominari: Superbia ex angelis dæmones factos: Humilitate Homines similes Angelis Cōstitutos: Superbia Angelicam gloriam Cælis eiectam: Humilitate ad cælos Humanā infirmitatem euectam. Superbia Adam e Paradiso pulsum: Humilitate in paradisum Latronem ductum. ¶ Ab ira quoq penitus abstinebat. φ ira affectus haud potest consilii esse capax. ¶ Pacis tamen erat diligentissimus Cultor: Cuiusquidem tanta est Virtus: Vt in eius Dignitate Apostolus omnis suas Epistolas Scripserit: dicens: Pax uobis, Et Gratia, a domino Deo nostro. Quam salutandi Formam nobis Christus & prius Tradidit Pax Vobis inquiens Passim

Vrbiū p̄sides

Iuuenes

Iudicate

Munera

Superbia

Humilitas

Ira

Pax

Diuitiæ Diuitez fieri aspernabatur: Omnes siquidē diuitiæ ex ini quitate descendunt: & nisi alter perdiderit/alter inuenire non pōt. Vnde & illa uulgata sentētia mihi uidetur esse

Diues uerissima: Diues aut iniquus/aut iniqui hæres: Hinc dñs discipulis ait illa: Difficile diues intrabit in regnum cælorum: & rursum/ facilius est Camelum per foramen acus transire/q̄ diuitem intrare in regna cælorum. Nec impossibile/sed difficile dixit: Licet impossibilitatis exēpluz posuerit: q̄ nec diuiti obsunt opes/si eis bene utatur: uti Marcellus egit: qui illas paupibus & egentibus impertiebat: Diuinis pceptis obsequens q̄ obedire oportet deo in omnibus/si saluari cupimus: Vnde p inobedientiam homo

Obedientia paradisum amisit: p inobedientiam Salomon amorem diuinum. Nec sine obedientia respublica stare/nec familia regi potest. Itaq̄ diuinæ scripturæ incūbens ieiunio/

Virtutis gradus oratione/uigiliis corpus suuz conficiebat: Virtute duce: quæ est iram cohibere/cupiditatem cōpescere/libidinez refrænare: Id est eniz uitium fugere/ut ille inquit. Cuius quidem uirtutis Primus est gradus malis operibus abstinere. Secundus etiam malis uerbis: Tertius etiam Cogitatione Rerum malarum: Qui primum gradum ascendit/ satis est iustus. Qui Secundum iam perfectæ uirtutis: siquidem neque factis/neq̄ sermone delinquat. Qui Tertium is uere dei similitudinez assecutus uidetur esse. Quos omnis gradus Marcellus Prætor re uera/ ut cunctis liquet/ ascēdit. ¶Sed quod homo natus erat/& mor

Mors talis: & impia Mors nulla prece/ Nullo Pretio flectitur/ quemlibet finito uitæ suæ cursū rapiēs: a nobis recessit: Nolimus tamen arbitrari cuz nusq̄/aut nullū fore: ut Cyri uerbis utar: nec enim dum erat nobiscuz animum eius uidebamus: sed eum esse in Corpore ex his rebus/ quas gerebat qsque arbitrabat: Eundē igit esse creditote etiā

Animus si nullum uidebitis. Nam mihi nūq̄ psuaderi potuit/aīos dum in corpibus essent mortalibus uiuere: quum exissēt

Mors quid ex iis emori. ¶Si quis igitur nos roget: Vtrum Mors sit bonum an malum: Respondebimus qualitatem eius

ex uitæ ratione pendere: Nam sicut uita ipsa bonum est si cum uirtute uiuatur: Malum si cum scelere: ita & mors ex pteritis uitæ actibus Ponderanda est: Ita fit, Vt si uita in dei Religione transacta sit, Mors malum non sit: quia translatio est ad immortalitatem. Si aliter: malum sit necesse est: quoniam ad æterna supplicia transmittitur. Cauenda sunt ergo mala & turpia, & honesta sequenda: uigilandumq; semper, q Mors inopina uenit: nec fidendum iuuentæ, q mors pari conditione Homines perimit. Qua de re mortuum aliquem flere superuacuū est & inutile: & ingratum. Nosq; diutius uiuendo pœnitenda incurrimus: Quisq; enī toties moritur: quoties amittit suos. Erubesco iam apud doctissimos plura loqui: ne non tam consolari amicos uidear, q̄ stulta iactantia docere perfectos. Dixi. Reliquum est & c̄. Vita Mors

¶In Funere Illustris Dominæ: Vbi aliqua De Humilitatis uirtute. Ieiunium quid sit. De Præceptorum obedientia. De cælesti aula labore acquirenda. De scientia scripturaꝝ. De Melaniæ sanctæ: & Iob patientia. De ea quid sit. De ministroꝝ honestate. De beneficiis conferendis. De Lanificii opere. De ocio fugiendo. De Vitæ fragilitate. De mortis bono. De doloris malo. De Mose moriente. Titulo Vicesimo primo.



Ihil unq̄ acerbius Peruenit ad meas aures inclyti Proceres, q̄ illustris dñæ Marcellæ obitus: Cuius Imago tanq̄ pñtis occurrit oculis: q extinctā uiuere amor fingit: Anteq; mei noīs obliuiscar, q̄ eius pietas meo pectore pelli ualeat. Natura siquidem eam lenē miseris genuit: Vñ exaudiebat supplicū uoces, quā poterat opeꝫ ferens: cum regia res sit lapsis succurrere. Spoliati ea sumus: quā clarā generis amplitudo, Auorumq; nomen & gloria, & magnam pbitas atq; ingenium faciebant: Iure igitur me miserum Sensus & Consilium reliqrunt: Iure

lachrymas illi fundo. Iure uerba mihi desunt: ꝙ assueta erat iuuandis supplicibus: in quo numero & ego eram: Cuius gratia uoto meo defuit nunq̄. Iustissima mihi est Lachrymarum Causa: ꝙ doleo Fœminam maximam/ omniqꝫ muliebri sexu uenustate præstantiorē oculis ciuitatis ereptam/ Nescio an aliquid simile uisurus: Quæ enim illius castitas: Quæ sanctitas: quanta grauitas: quā ta constantia! Cuius ardor in Christum/ pallor ex Ieiu niis/ Elemosynæ in pauperes/ Obsequium in dei seruos/ In cunctis moderatus sermo/ Vestium & cordis humilitas: Quoniam Christus ait: Discite a me/ quia mitis suꝫ & humilis corde. Perqꝫ solam Humilitatem omnia uincere ualemus: Sine qua Nostra Ieiunia nobis non prosunt: Nam sicut deprecantis Humilitas meretur præmia: ita Superbia confidentis auxilio dei deseritur. queꝫ contemnere etiam in Exiguo non leue est: quia Culpa offenditur: Pœnitentia placatur: Saccus autem & Ieiunium Arma sunt pœnitentiæ/ & auxilia peccatorum: itaqꝫ Pane & Sale & Aqua frigida sæpius uescebatur: nihil in cibo/ nihil in potu uoluptatibus tribuens. Est enim Ieiunium cunctorum Membrorum Satisfactio: Membra nanqꝫ satisfacere debent: ꝓpter peccata/ quæ commiserunt: Vnde siquis in gula peccauerit/ satisfaciat ieiunando: sicut etiam de membris singulis est agendū. Sed tunc deo gratum ieiunium reddimus: dum ab iniquitatibus & uoluptatibus abstinemus: uti & diua Marcella semper abstinuit. Cui sane ieiuniuꝫ pro Ludo: Oratio ꝓ deliciis erat. Hinc quotidie flexis genibus/ ne iuuentutis delicta suæ deus reminisceretur/ orabat: Vtqꝫ facilius præcepta seruaret: hoc est ab omni illicito/ quo ꝓhibita erat/ recederet: & ad bonum omne/ quod uidebatur: ꝓmpta accederet: Nā nihil honestius est hōi/ q̄ creatori suo parere: Et dei ꝑcepta siquis nō obseruauerit/ Hostis est animæ suæ: Eligebat sibi oportunum/ & a familiæ strepitu remotuꝫ locum: in quē uelut in portū: quasi ex multa curarum Tempestate se reciperet: Ibiqꝫ diuinæ lectioni studium

Humilis

Deus

Ieiunium

Præceptis obedire

impendebat: ibi orationibus uacabat: ibi meditabatur/ qualem suis præbere se deberet. Ideoq; humilis erat animus suus ac mitis: & aduersus sola uitia erectus: Quem nunq̃ aut Superbia extulit: aut Auaritia inflexit: aut Ira præcipitauit: Nam q̃q̃ irasci hominis est: Christiani tamen proprium est finem iræ ponere: Humilitasq; prima Christianorum uirtus habetur. Quocirca uitæ sanctimonia/ & orationis frequentia prædita Media nocte surgebat/ ut deo confiteretur super iudicia iustitiæ suæ: quia Bonum est Confiteri domino & psallere Nomini suo altissimo: Et nos oportet multis laboribus adire cæleste regnuʒ: Trophæaq; uitæ nostræ non Pompis Sed miseriis referuntur. Vnde quem diligit dominus corripit: flagellatq; omnem filium/ quem recipit: ut etiam in patientissimo illo apparuit: qui nisi Certasset/ & Vicisset in prælio/ non accæpisset coronam iustitiæ. Afflictio itaq; in seculo nostro materia præmioruʒ est: q̃uis non digna satis esse ualeant ad futuram gloriam temporis huius tædia & miseriæ. Omnia igitur amara & grauia pati enter ferenda/ eo qdem promptius/ quo nobis imperator noster deus præmia pro laboribus æterna constituit Eiusquoq; diuitiæ erant in lege dei meditari Noctu atq; interdiu: Quid enim eruditione melius/ quid suauius disciplina: Quæ enim põt esse uita sine scientia scripturarum! Nec etiaʒ quenq̃ oportet magis/ uel meliora scire/ uel plura q̃ principeʒ: cuius doctrina oĩbus prodesse ualet subiectis. Itaq; & uiro/ & filiis absentibus ita ciuibus consulebat/ in causis omnibus iustitiam mira cum lenitate & æquitate seruans: ut in omni phõ miruʒ ne dum in fœĩa esset. Iñ ẽt neq; uehemẽter ĩ ꝓsperis lætabat: neq; nimiũ in aduersis dolebat. Vñ & mira patientia ualitudinem tolerabat/ ut dolori resisteret/ ut Sitim differret: Si bi met dicẽs/ Respice Melaniæ sanctæ tolerãtiã: q̃ calẽte adhuc Mariti Corpusculo/ Nec dum Humato/ duos Simul perdidit Filios: & Lachrymæ gucta non fluente stetit immobilis: ad pedesq; aduoluta christi/ q̃si ipsum

Humilitas

Labores

Afflictiones

Eruditio

Princeps

Melaina sctã

teneret arridens/Expeditius inquit tibi seruitura sum do
mine:quia tanto me onere liberasti:Respice item homi
Iob num patientissimū illum:qui erectis in cælum oculis in
ter ruinaȝ domus/pœnas hulceris/innumeras orbitates/
Patientia ad extremum uxoris insidias/inuictam tenuit patientiaȝ
Quæ quidem est omnium iniuriaꝝ & passionum tole
rantia:quam siquis intellexerit/& habuerit/uitæ incom
moda ferre didicerit/ sororem spem habens:patitur .n.
libenter/quia sperat:& sperando tolerat:Impatienter au
tem fertur/ quod non speratur: omni itaqꝫ uirtuti patien
tia iure præfertur. Vtqꝫ etiam casto corpore/ Deo serui
ret: & mundo corde placeret: Incontinentiam non so
lum fugiebat: sed etiam uituperabat: Quisqꝫ enim tem
perans Voluptates fugit: Quæ impedimento pruden
Temperantia tiæ sunt: Temperantia autem est Prudentiæ conserua
trix. Cumqꝫ in omni gradu & sexu boni & mali reperi
antur: Iccirco Iuuenum fugiebat consortia: & Comatu
lus cōmptus/ atqꝫ Lasciuus domus suæ tecta non uidit:
Minister Nam periculose tibi ministrat/ cuius uultum frequenter
attendis: Et nitens cutis Sordidum ostendit Animum:
Nec æthnæi ignes/nec Vulcania tellus/tantis ardoribus
æstuant/ ut iuueniles Medullæ Vino præsertim plenæ
& dapibus: itaqꝫ si loquendi cuȝ uiris incubuisset neces
sitas arbitros non deuitabat: Peregrinantem & Orpha
num/Viduam & Pauperem/ uel pupilluȝ uacuo gremio
Beneficium a se non dimittebat:Est eniȝ ipsius uirtutis beneficia po
tius conferre q̄ suscipere:& honesta potius agere/ q̄ nō
Lanificium agere turpia.Hinc etiam pensa & Lanificium ad lucer
nam uigilanter excercebat: Imitans sane Augusti Iuliaȝ
ac Neptes: Quas ita instituerat ille ut etiam Lanificio
assuefaceret: Vetaretqꝫ loqui/ aut agere quicq̄ nisi palaȝ.
Et Brutus item ad Bellum exiturus Porciam Vxorem
interpellantem ad Colum & Telam remisit: Et Home
rus Heroidibus quoqꝫ id Opificium tribuit: A Salo
moneqꝫ Prius Eiusmodi Fœmina Mire est Laudata:

Non ergo parum decorum est/etiam illustriori loco natis lanificium exercere: Ne ocia ignauum corpus corrūpant::uelut aquis accidit:quae uitium capiunt ni moueantur. Neq bonus is est qui bonis actionibus non oblectatur. Caeterum ꝙ hominum uita tenui filo pendet: & ualida subito casu ruunt:habetq natura ut aliarum rerum/sic uiuendi modum:ꝙ nihil est/quod non conficiat & consumat uetustas/prō nefas/ Diae Marcellae anima matronalis uitae specimen & exemplum/ relicto corpore Cuꝫ magna ciuium omnium beniuolētia fide pace atq concordia migrauit ad superos:nam migratio est/quam dicimus mortem. Quam illa ceu postremum uirtutis praemium/& maloꝝ terminum contemplans/(Viuimus enim ut nunq̄ amaro sensu careamus:immensa laboruꝫ serie)dicebat/ Mori sibi lucrum esse: ꝙ mortem gaudia prosequuntur: Cupereq dissolui: ut esset cum Christo. Quod optare certe possunt hi soli: quibus ante acta uita & conscientia recte factorum arridet. Nec ullo modo ad superum gloriam penetrabimus/aut immortalitatem assēqmur unq̄:nisi corruptibile hoc primum corruat:& mortale hoc induat incorruptionem. Excelsa ergo & insuperabili fortitudine & dolorem & mortem calcabat: ꝙ dolor distrahit/atq corrumpit naturā eius/ qui habet ipsum. Nemoq iustus esse potest:qui mortem/qꝙ dolorem timuerit: Hinc moriens(uti & Moses)filiis inquit: Caput uestrum nō denudabitis/& uestimenta non scindetis: Viuit enim quaecunq credit in Christum. Haec hactenus: ut sanctissime principis optima uita externis ēt nota foret:quae quotidiano ieiunio caelestem panem inuenit: Itaq gaudio & ueluti quodam tripudio omnium animus efferri debet:filiorum potissimum:quos prudentes & disertissimos(Nam & ipsa optime instituerat eos uti Cornelia Gracchos suos) Imprudens ego solari nō ausim: Doctorumq notas sententias in medium ferre. Vnum tantuꝫ etiam atq etiam opto/ ut pudicae puellae/ Optimiq Filii/ Ac tota Domus felicissime Longa Vita

Ocia

Vita


Mors

Dolor

Moses

fruantur: Diutnæ Marcellæ obitum æquo Animo tole-rantes. Dixi. Reliquum est & c̃.

¶ In Funere illustris & inclyti principis Nicolai Caietani: ubi aliq De eius magnifica domo: atq; parẽtibus: De Fratribus Iacobo scilicet pronotario aplico: & Gulielmo Iuuene strenuissimo. De commodis Sermonetæ ipsorum regiæ. Titulo Vicesimo secundo.



Vi forma præstantissimus: Eloquentiæ lepore summus: Armis & toga maxius: Cui soli hoīum uirtus omnis cõtigerat: Cui ingenium sapiā ualiduz: In quo uno totius latii spes tota, & salus semper incubuit: Magnificus atq; Illustris ille Princeps Nicolaus Caietanus quo nihil elegãtius: nihil humanius ob suauissimos eius mores: singularemq; probitatem atq; constantiã: Cui labor in negociis: fortitudo in periculis: industria in agendo: Celeritas in conficiendo: consilium in prouidendo. Qui ueritate amicitiam: fide societatẽ: pietate ꝓpinquitatem colebat. pro Iuppiter: ante diem occidit. Heu q̃ breuibus causis ingentia pereunt: Heu q̃ breues & mutabiles reꝝ uices: fortuna nunquã simpliciter indulgente.

Fortuna

Mortuus est ꝓceres optimi Nicolaus heros fortissimus Cuius animus uirtutum omnium præsidio munitus, illarum decore fulgebat. ¶ Itaq; tollendus ad mundi axes: Tum q; e latio oriundus locoꝝ omniuz præstantissimo unde & lingua latina ab eo nomen accæpit: Tum etiam excellentissima eius domo Caietana: quæ non modo au sonidu, sed aliaꝝ oīm ꝑ se fert principatuz: nec inferior Aemiliana seu Scipionũ familia gestoꝝ titulis & uirtutum: Quid.n. de parẽtibus oī uirtutis officio ꝑstantissimis referam? Quoꝝ qdẽ alteꝝ Honoratũ uidelicet re & noīe, magnaīo illi Troianoꝝ duci, tuz pietate, tuz gestis merito ãtetuleris: Alterã uero pudicissimã s. atq; diã Matronã Catharinã Vrsinã: Cũ oī uirtute, quæ in fœīas cadit, Functa sit: Nobilissimæ & Prudentissimæ Liuiæ

Caietana domus

Honoratus

Cathærina

Drusillæ: quæ sola Augusto Octauio ĩpatore digna ē habita. ¶ Tum ꝙ educatus & eruditus tota pueritia prudentissime fuit tãq̃ Achilles a Chiron̄ cẽtauro & bello & armis disciplinisq́ optĩs apud r̄gia sceptra/ tū Ferdinādi Parthenopæi/tū ēt Galeaʒi Mariæ Mediolani Ducis sapiētissimi. ¶ De corpe uero qd dicā? Cū egregius fora/ cū citus/cū fortissimus hēretur: qleʒ & q̄ntum Rutuloꝝ regē Turnū accæpimus. ¶ Quid de aĩo tā iusto/ tā moderato tam sapienti/tam Strenuo loquar? qn̄ Fabritiū alterꝝ/Mariumue/aut Curium appellaueris? ¶ De Continētia eius/de fortitudine/prudentia/ benignitate & liberalitate in omnes/ religionisq́ studio/ q̄nam r̄ferre potueris: nisi ꝙ Pompilio anteponeres? ¶ Quid de officio militari: q̃ sagax in eo? q̃ acutus: impiger: audens magnaĩus alacer: optimus ĩpio: fortis bellator: rerū consultus: & solertissimus? Iure igitur Xanthippo Lacedæmonio carthaginensium assertori & ꝓpugnaculo: Siue Camillo: de quo poeta: Et referentē signa Camillū: præponendus. Quapꝑter eum hostes maxĩe formidabāt: eū serui metuebāt: eū liberi uerebāt: eū charū oĩs hēbant: eoq́ ma magis/ꝙ dabat opam/Nequa ciuiū dissidia fierent: quæ enim domus tā stabilis/quæ tā firma ciuitas est/quæ nō odiis atq́ dissidiis funditus euerti possit? Itaq́ pacē(quæ est tranq̄lla libertas)inq̄rebat ut bella fugeret: q̄m cōcordia paruæ res crescūt: discordia maxĩe dilabunt̄: Diligebatur ergo ab omnibus: Cū rerum oĩum nec aptius sit quicq̃ ad Opes tuendas q̃ diligi: Nec alienius q̃ timeri. Vnde & iustus erat: ꝙ fundamentum perpetuæ commēdatōnis & famæ est iustitia: sine qua nihil potest esse laudabile. Erat in eo spiritus sapientiæ & Intellectus cōsilii & fortitudinis/scientiæ & pietatis. Quæ qdem est deū pura mente colere: Quæ etiam erga patriam aūt parentes: aut alios sanguine iunctos officiū seruare monet. Timebat deum: ꝙ beatus uir qui timet dominum: Veraq́ Vita est: Deum nosse: Timere eius Potentiam Amareq́ Pietatē: ¶ Erat magnaĩmus & benignus & clæmēs:

Odia

Pax

Concordia

Diligi

Iustitia

Pietas

Deus

Vnde alterius angustias ita sentiebat, ut suas: Qua de re angustia pressis ita succurrebat: ut sibi in tali casu succurri optasset. ¶Non erat auarus, non inuidus, nō detractor: nullumq; malum pro malo reddens. Iracundiam intra pectus non admittebat: Cum qua nihil recte fieri, Nihil considerate potest. Et omnis iactantiae atq; superbiae malum cauens, linguam ab omni mendacio, ab iuramento ab omni periurio abstinebat. Eiusq; aures nō nisi sermonibus sanctis & ueris auditum praebebant. Lingua nunq̄ obscaena aut turpia loq̄batur. Manus ad accipiendū clausae, ad dandum apertae semper. Erat in eo oratio ampla, deuota, & pura: pro omnibus enim rogabat. ¶Et quoniaʒ nihil magis deo repugnat, q̄ cor impoenitens: Nec ulla re sic deus irascitur: q̄ si peccator superbiat nec misericordiam postulet pro delicto, ad poenitentiaʒ paratissimus fuit semper: ut a misericordiae iudice ueniam (quae est poenae debitae remissio) consequretur: non enim deus cogeret poenitere, nisi ueniam poenitentibus concessurus esset. ¶Eius itaq; mores & uirtutuʒ uestigia merito prosequuntur Germani fratres: Sapientissimus quidem Iacobus omni honore & laude dignissimus: Cū nullius uirtutis sit expers: aut indigēs: Vn̄ nec forsitan laudarē eximie, Si in eo peritiaʒ litterarum commemorarem: si ue oris facundiam, suauitatem, iucunditatem: aut eius cōstantiam, continentiam, grauitatem: Multam praeterea Historiarum memoriam: Naturalium rerum & moralium, scripturae etiam sacrae, sanctarumq; legum, & uerae Theologiae cognitionem: Qui adeo omni laudum nitore ardet conspicuus: ut par esse meritis sermo esse nō possit. Quid igitur tantis & tot uirtutibus dignum precari debes: Nisi ut Militantis ecclesiae Sceptrum Diuina gratia illi gestare permittat? ¶De Gulielmo autem praestanti & egregia forma, & summae spei adolescēte quid referam? Scitis enim quid illi gratiae in uultu: quid iucunditatis in sermone: queʒ summi ingenii uigorem: & quā praestantiam placidae & altae mentis ostendat: Nec etiaʒ

Ira
Lingua
Aures
Manus
Oratio
Impoenitens
Poenitentia
Venia
Iacobus
Gulielmus

fugit aliquem superioribus annis q̃tam liquerit stragem in Vmbria:nam aliis fugientibus/ Solus ipse pugnæ nodus & mora fuit:cum dura gente uirisq; acribus manum conserens.Iure igitur Ausoniæ præsidium appellaueris Et Lauso mezentii/aut pallanti euandrio comparaueris.
¶Ii ergo Nicolao fratre iam defuncto omnes Dicionis eorum populos mira prudentia regent:principes enim constituti sunt:ut populos foueant ac protegant.Ideoq; non ab re Nicolaus Virtutum decus & catholicæ sancti tatis norma/extremum spiritum agens/multa mandauit multaq; monuit: subiectos populos illis commendans: Ante omnesq; Sermonetā ipsorum principum cunabula atq; regiam: Cum sit in ea quod de tota Italia scribit: peremnis salubritas:est enim antiquo in latio: Sit & cæli temperies: tam fertiles campi: tam aprici colles: tam opaca nemora: tanta olearū & pomorum fertilitas: tot lacus:tot amnium fontiumq; hubertas: tantaq; uirorum ingenia & doctrina:Acutiora enim ingenia & ad intelligendum aptiora sunt eorum:qui terras incolunt eas:in quibus aer sit purus ac tenuis:q̃ illorum qui utantur crasso cælo atq; concreto. Qua in Vrbe defunctum fidissimi ciues innumeris prosecuti sunt lachrymis: Nemo enim fuit doloris expers amisso patriæ parente/probitate morum & ingenii elegantia claro: Respuente crudelitatem & matrem crudelitatis iram:q; ex sæua animaduersione nulla regi gloria est:Nec minus turpia sunt principi multa supplicia q̃ medico multa funera: Regibusq; certior est ex mansuetudine Securitas. ¶Quod & uos Fratres Imitaturos non dubito:quorum consilio & prouidentia tranquilla pace subiecti omnes fruentur.¶Et quia nullius anima/quum semel a corporis carcere euolauerit/lachrymis reuocari potest/ Iam Supprimendæ sunt illæ: opponenda quæ rebus aduersis fortia pectora: quoties enim aspera patienter feruntur & mitia & leuiora fiunt: hiq; optime miserias ferunt/qui abscondunt: eoq; maxime lachrymis adhibendus est modus:quæq; acciderunt

Principes
Ingenia
Supplicia
Securitas
Tolerantia

æquo animo ferre debetis: ꝙ Nicolaus inclytus heros iam uita & gratia sempiterna Virtutis opere in paradisi delitiis fruitur: qua uita nihil beatius: nihil omnibus bonis affluentius cogitari potest: Nam tum maximis/ tum æternis uoluptatibus affluit: ꝙ nulla in cælo/ nec fortuna nec temeritas/ nec erratio/ nec uanitas inest. præclaroq; ꝙ animi hominum diuini sunt & æterni. quia mors non extinguit hominem/ sed ad præmium uirtutis admittit: Nam uirtutis præmium est post morteȝ: Qui autem se uitiis aut sceleribus cõtaminauerit/ uoluptatibusq; seruierit: is damnatus æternam luet pœnam: quam diuinæ literæ secundam mortem nominant: quæ est & perpetua & grauissimis cruciatibus plena. Sunt enim Inferi: & sedes piorum ab impiis discretæ ut etiam Zeno Philosophus asserit: Itaq; alii luũt pœnas in tenebrosis locis atq; in cœni uoraginibus horrendis. Alii uero quietas & delectabiles incolunt Regiones: ut Nicolaus Heros/ a diis immortalibus Ereptus ex his Miseriis atq; iniquissima conditione uitæ. Post has mundi tenebras uisurus Clarissimam lucem. Dixi.

Beatoruȝ uita

Animus

Mors

Mors secũda

Inferi

¶In Funere Metelli Badii Viri doctissimi. Tit. xxiii.



Elata Metelli Badii peracerba & luctuosa morte/ adeo me undiq; mæror/ afflictatio/ luctus & angor inuasere/ optimi & eximii ciues: ut illico maximam lachrymaȝ copiam usq; ꝓfuderiȝ. Cum igitur ita mæstus/ ita exterritus/ & fere Exanimis nedum exanimatus adhuc persteȝ: & ipse consolatione & prudentissima & uehementi egerẽ/ potiusq̃ aliis consolandis uacarem. Vbi tamen rogatus suȝ/ obsequendi studio pro uirili nitar de summis Metelli infelicissimi laudibus aliquid iam disserere. Adeste quæso. ¶Si patria quispiam/ si atauis/ si parentibus/ si doctrina & moribus laudari potest: Quis ille qui Metelluȝ etiam atq; etiam laudandum inficias eat?

Patria

Venetiis enim locupletissima nobiliq; & illustri proge-
nie ortus. Quae sane ciuitas imperio & consilio/& auto
ritate tantum italiae caeteras praestat: quantum alias Ro-
ma pluris erat/q̄ reliquae orbis terrarum. Vrbes & enim
multae & āplae & populosae/ atq; insignes multaq; regna
illius & Ditissimae & mirandae Dicioni addictae. ¶Ex
Atauis legit̄ Callimachū artibus eruditū liberalibus mul Attaui
tas & optimas patriae constituisse leges:ut palaȝ cunctis.
Fuit item ex hac clarissima sobole. C. Graccus uir impi
ger & strenuissimus in re militari: qui patrii ductor exer
citus innumeras Parthenopaei Regis apud Metaurū co
hortes nō procul foro Sempronio deleuit. Vbi siquideȝ
hostium decem millia(ut historici asserunt) desiderata:
Sociorum uix duo milia. Possem adhuc plurimos eius-
dem Sobolis haud dissimiles enarrare:uerum ne audito
ribus taedio forem /ad clarissimum & egregium Tydeū
Metelli patrem diuertaȝ. Qui quanta & amplitudine & Pater
autoritate fuerit/aperire non mihi opus: cum omnibus
liqueat. Verumtamē illius eloquentia credi poterat/ nō
longe inferior illa philosophi:qua Theophrastus ob di
uinam quodammodo eloquentiam ab Aristotele appel
latus.poterat etiam comparari periclis eloquio Atheni-
ensis:qui dicendo tantum ualuisse fertur:ut suorum ciui-
uȝ animos/quo libuerat/facile duxerit. Hac re igit̄ apud
Venetos omnis & eloquētissimus & sapientissimus Ty
deus habebatur. Quantaq; claritudine/ quātis animi do
tibus fulserit/explicandum minime:ꝙ omnibus luce cla
rius illum Equestri ordini Summo pontifice ascriptum
fuisse:ab Venetis suis Nouemuiruȝ numero/ atq; colle-
gio.quo quidem ad summū facile poterat gradum eua-
dere.cum ex illo Senatus & populi princeps eligi soleat
& certe electus esset:si auara fata & impia illius uitae spa
tiū longius aliquāto nō inuidissent. Eius attamē celebra
tū funus pompa ingenti atq; illustri:Caereisq; innumeris
& omnis ordinis Sacerdotibus: haud aliter q̄ in funere

aliquo uel regio/uel imperatorio fieri solitum. Qua de re iure ac merito habita est oratio funebris a clarissimo & doctissimo Saldino. ¶Iure etiam memoratu digna/ & laudibus prosequenda Mater Cornelia/ Matrona quidem castissima/& uenusta in primis: De cuius nobilitate & moribus loqui nil opus: Cuncti & enim certiores estis eam. Q. Metelli filiam/uiri & sapientissimi & inuictissimi:qui pro salute/ augendoq; patriæ Regno dimicans/subacto pannoniæ rege Priamo cuȝ insigni triumpho domum regressus est. ¶Natus ergo Metellus Badius istiusmodi parentibus ab ineunte ætate uirtuti deditus & Cognatis & patriæ & externis omnibus/qui eum conspexerint/optimã de se speȝ obtulit. Qua de re eius mirabili indole incensi parentes/anteq̃ infantiæ tempus præteriret/in discipulum ac filium peritissimo & sapientissimo uiro Pomponio Læto tradiderunt:imitati equidem Macedonum Regem Philippum: qui Alexandro filio Philosophorum principem Aristotelem sapientiæ præceptorem elegerat:illi reputans uirtutes omnis præceptori cuiq; necessarias non deesse/& doctrinam & pudicitiam. Sub cuius Pomponii disciplina Annis decem moratus/ ita pudice atq; assidue Studio incumbebat: q; duo de uicesimo anno & grammaticus/ & poeta/& orator euasit. ¶Contulit se deinceps Patauium/Vbi annis quinq; tanta cura & diligentia noctes & dies operam literis adhibebat:ut anno quidem uicesimo tertio septem liberalium artium cognitionem mirandam & perfectaȝ nancisceretur:non Latine dumtaxat/ Verum & Attice. Hinc maximo cum honore/& Hilari fronte/Animoq; promptissimo a doctoribus/ eximiisq; philosophis aureum insigne uigiliarum suarum pignus & monumentum recæpit. ¶Rediit posthac in patriam expectatissimus. ubi sũmæ doctrinæ/sermoĩsq; lepidi fama & nomen suum ita excreuerat:q; quũ Pannoniæ regi orator mittendus esset: Senatus om̃s & populus uno ore Metellum Badium elegerunt. qui co ꝓfectus ab Inclyto rege tanta

Mater

Metellus Badius

Patauium

Orator in Pannoniam

ueneratióne receptus est. q ab Regia sua ultra Viginti passuum milia equites centum aureis torquibus decora tos illi obuiam misit. Quorum cuilibet erant comites quinquaginta. Rex etiam ipse extra limina passibus triginta expectans ingenti gaudio & lætitia illum complexus est/& recæpit. Quanta equideƺ uix unq̃ Pius Aeneas a Punica Regina/ uel Latino socero post Turni cladem receptus: Iunctisq; manibus regiam petierunt: ubi & Regi & illius proceribus orationeƺ Metellus habuit: non secus/q̃ uel Cato/uel Cæsar/uel Cicero/uel Atheniensis orator habuissent. Qua quidem absoluta cuncti/ sed Rex potissimũ summa illius doctrina/ hubertimaq; facundia diutius admirabũdi stupidiq; effecti ora continuerũt uti & Apollonio græco oratori .M. Tullio græce orante legimus accidisse. Iunctis iteƺ manibus pene tralia supbis aulæis auratisq; trabibus ornatissima ĩgressi suut. ubi Regifico luxu paratæ dapes: & quãtas & quales Aeneæ Dido/Euander Herculi Heroibus/uti legĩt/ minime parare potuerint. Amotis deinde mensis/habitoq; sermone de regno/de rebus magnis & inclytis/uelut de Scipiõe Aemyliano & Masinissa rege Numidiæ scribĩt: post multã noctẽ suo thoro qlibet acqeuit. Præteritis inde diebus aliquot & responso & grã ex sententia habitis/ maximo cuƺ honore & gaudio patriã petiit. Quocirca breui exinde Orator ad summũ Pontificem Innocentium octauũ electus. Qui primuƺ illustrissimæ dñationis Venetæ grã/deinceps nomine & fama uirtutuƺ eius/ doctrinaq; eximia & multiplici extra urbis portam mille passibus & ulterius/triginta Episcopis/duodecim Cardinalibus/octoq; Regulis peditum atq; equituƺ octingentis honestatus & comitatus est. Viæq; passim & Romanis/& Externis refertæ uisendi Gratia Metelli Babii excellentiam: Magno igitur cuƺ triumpho in contubernium suuƺ deductus. Sequenti luce Summum pontificeƺ uisens hilari uultu acceptus est. Cognito posthac Virtute/Doctrina/Eloquentia/Inclytum/ Illustrem/exi

Orator ad Pontificem

miu3 esse/tanto in illum amore affectus est:ut si forte di es præteriisset/quo eius aspectu careret:sine mærore nõ esset. ¶Ideirco ubi accidit/eligendum Carnorz præsule3 Innocentius sponte sua Metello statim nec alii honorẽ hunc tradidit. Cui uitæ cursu defuncto suffectus est Alexander sextus. Itaq; Metelli fama illectus illum acciuit. Hortatusq; est/& rogauit apud ipsu3 morari:pollicitusq; eius animo breui satisfactum iri. ¶Sed o/ fortunam:qua nemo diu fouetur. O/ mortem acerbã/iniquam/ importunam. O/ fata aduersa: Priusq̃ Alexander primum sui pontificatus annum præteriisset:fuit Metellus dira peste oppressus. Et si prouidẽtia recte prospiciẽs adesse mortem ab urbe migrauerat: rurio; omni contagione semotus se contineret. O/Phœbe/O Pallas/O Liber/O musæ obiit ille Sacerdos/ ille minister/ & præsidium & decus uestrum. Miseri latini/infelicissimi studiosi iacturam hoc anno perpetuu3 adeo grauem adeoq; onerosam fecimus q alias nunq̃ fortassis eiusmodi latinæ linguæ cultorem nobis adesse contigerit. Erat enim Metellus illius & curiosus/& peritus/& studiosissimus:ingenioq; solerti & perspicaci. Qua propter Res omnis obscuras/ ambiguas/& obstrusas/facile claras certas apertas reddere potuisset. Quod plane eius summa diligentia & acumen ostendunt:Quibus Latinæ linguæ codicibus plurimis emendandis/Græcorumq; uoluminibus latine/per eum traductis est usus:Quorum tamen portionem maximam fatorum sæuitia/fortunæq; liuore non ualuit exequi. Conuoco igitur Latinos omĩs/ & Græcos/& Barbaros/omnisq; studiosos ad luctum. ¶ Vos autem Germani eius Clarissimi & insignes ad unum hortor Metelli uestigia imitari/ut facitis:q merito nunc afflicti in tanta calamitate fortitudinis munere fungi debetis:Cogitareq; mortalium uitam omnibus fortunæ telis obiectam Cogitare etiam mortem & Bene & Recte Viuentibus transitum esse ad meliora. ¶De Metelli sanctissima uita

Carnorum Præsul

Mortis deploratio

Consolatio suorum

dubitarit nemo:cuȝ a teneris annis pudicissimus & con stantissimus omni uirtutum genere usq; ad ultimum fue rit. Nam quid de pietate in deuȝ in patriam & parentes: de liberalitate in fratres eiusdem & sorores:de beniuolẽ tia in omnes: Quid etiam de tolerantia sua in prospe ris & aduersis: De ratione prauæ Libidini dominante: Quid de Verecundia & Innocentia in omnes dixero? Profecto hæc eius uexilla talem Metello triumphum cõ tulere:qualem ab iis sanctæ & appetendæ uirtutis comi tibus segregatus adipisci poterit nullus. Credite igitur p cul dubio credite beatorum sedibus Metellum assump tum esse:& morte immortalitateȝ redemisse. Cuius qui dem & nos portiunculam consequemur:si uelut ille uir tuti deditj passiȝ fuerimus. ¶Reliquũ est uiri præstantes agere pompæ gratias:Cuiq; igiẽ luctuosum funus comi tari & honestare dignato/Badiæ familiæ nomine grati as ago q̃maximas:Deum orans illi concedat omnibus ac singulis digna præmia posse reddere tum iucundis tũ lætis rebus. Valete iam cuncti/& Viuite. Dixi.

Defuncti laudes

Gratiarȝ actio

Monstrum Gemellorum


¶Anno Christianæ Salutis .MDIII. Sextodecimo Ca lendas Apriles/idest die Martii decimo septimo prima Sextæ feriæ/ idẽ diei Veneris hora/ Alexandri Borgiæ Sexti Pontificis summi Anno.xi.in urbe Roma Hispa na mulier Hagnes appellata nata annos ut ipsamet ret tulit mihi duos & uiginti. (Cuius Vir Aluerus dicebaẽ Hispanus etiam & annoruȝ triginta:)Gemellos peperit ab Vmbilico pectora utrinq; pellicula trium digitorum lata connexos. Vmbilicus autem unicus ambobus erat in medio quidem ex infimo amborum confinio depen dens. Vtriq; mares: Vtriq; speciosi:cuiq; eniȝ sua pfecta & integra membra. Eorȝ alter/Cuius Caput prius editũ parumper uixit: Alterius caput extinctũ exiit difficulter

Huic manus dexteræ pollex in sũmo bifidus: duo .n. digi tuli cum suis unguibus extabant. Erat ambobus statura gemellis conueniens. Eosdem incolæ fere omnes urbis romæ, & Epi & Cardiales aliq iuxta ædẽ diui Saturnini in Regione sc̃ti Angeli conspexerunt: e fenestra enim non alta nimis duo iuuenes humaĩssimi toto ferme die omnibus eo cõcurrentibus ostentabant. ipse etiam ma nibus meis contigi & tractaui: Vt testimonium rectius ac uerius posteris perhiberem. Hora autem Vicesima secunda perlati ad Summum Pontificem (ut aiunt) pau lo post ad parentes humandi remissi sunt.

¶Ant. Mancinelli Opuscula Venetiis Impressa

¶Siquis Ant. Mancinelli Opuscula iam sæpius per Io. Tacuinum linguæ latinæ extium Venetiis impressa in de Mediolani, & alibi extra Vrbem per alios, legerit: q̃ Tacuini exemplaria secuti sunt: nullam illis fidem adhi beat: corrupta eniʒ maxima parte. Qua de re Vulcano tradiderit emendanda. Ematq̃ Romæ impressa sicuti forte illa placuerit. Vbi uero occasio dabiẽ eadeʒ cũ plu ribus aliis una propediem Venetiis emendatissima im primenẽ. Tuncq̃ Mancinellũ non Tacuinuʒ legerint.

¶Impressum Romæ in Campo
Floræ per Egregiuʒ Virum
magistrũ Eucharium Sil
ber Alias Franck
M DIII. Die
Maii Vltimo.



251664

